## DECRETUM XIV

### Hec pars continet[1] de excommunicatione iusta vel iniusta, et quibus de causis, et quo ordine facienda sit excommunicatio[2]

### 1*

*[3][Epistola prima Clementis ad Iacobum][4]*

Clementi trado, ait beatus Petrus[5], a Domino mihi traditam potestatem ligandi atque solvendi, ut de omnibus quibuscumque decreverit in terris, hoc decretum sit et[6] in celis. Ligabit enim quod oportet ligari, et solvet quod expedit solvi; tanquam qui ad liquidum ecclesie regulam noverit.

*(epistola 1 ad Iacobum fratrem Domini statim post princip.) IP 5.77a*

---

1 Hec pars cont. CRPVBSH; Hec quartadecima pars cont. LM; *om. Fr*
2 excom. CPBSLH; *om.* M, *adding capitulatio 1-126*
3 Qua discretione beatus Petrus docuerit in uno Clemente omnes Ecclesie presules ligare et solvere *add. as rubr.* M
4 Ep. - Iac. A; *om.* CPSLHM
5 Petrus CPLHM; Paulus S; P. A
6 et CPAM; *om.* S

### 2*

*Item[1]*

Omnes, O Clemens, cum tanta reverentia tua[2] verba suscipiant, ut sciant legatum te et preconem esse[3] veritatis, et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum[4] et in celo, et quodcumque solveris etiam ibi esse solvendum[5], quoniam quidem[6] (ut dixi) que oportet ligabis, et que expedit solves.[7]

*(ibidem aliquanto post) IP 5.77b*

---

1 de eodem *add.* M
2 *ss* S
3 esse CRPBHAM; *om.* S
4 erit ligatum CHM; erunt ligata RPVBS; erunt ligatam A
5 etiam - solv. CPVS; ibi etiam esse solv. RH; si etiam - solv. A; super terram, erit solutum et in celo M
6 quoniam quidem CPSA; quandoquidem [quoniam quidem *add.* M²] M
7 -ves PVBSAM; -vet CRH

### 3*

*[1]Gregorius in homilia 26*

Plerumque contingit ut[2] iudicis locum teneat, cuius ad locum vita minime concordat; ac sepe agitur ut vel dampnet immeritos, vel alios ipse ligatus solvat. Sepe in solvendis ac ligandis subditis sue voluntatis motus, non autem causarum merita sequitur pastor; unde fit ut ipsa ligandi ac solvendi potestate se privet, qui hanc pro suis

voluntatibus, et non pro subditorum moribus exercet. Sepe fit ut erga quemlibet proximum odio vel gratia moveatur pastor. Iudicare autem digne de subditis nequeunt, qui in subditorum causis sua vel odia vel gratiam sequuntur. Unde recte per Prophetam dicitur, Mortificabant animas que non moriuntur, et vivificabant animas que non vivunt. Non morientem quippe mortificat, qui iustum dampnat, et non victurum vivificare nititur, qui reum a supplicio absolvere nititur[3]. Cause ergo pensande sunt, et tunc ligandi atque solvendi potestas exercenda, videndum que culpa, aut que sit penitentia secuta post culpam, ut quos omnipotens Deus per compunctionis gratiam visitat, illos sententia pastoris absolvat. Tunc enim vera est absolutio presidentis, cum interni arbitrium sequitur iudicis. Quod bene quatriduani Lazari illa resurrectio designat, que videlicet demonstrat quia[4] mortuum Dominus vocavit, et vivificavit dicens, Lazare, veni foras, et postmodum is qui vivens fuerat egressus a discipulis est solutus, sicut scriptum[5] est, Cumque egressus esset qui fuerat ligatus institis, tunc dixit discipulis, Solvite eum et sinite abire, et ecce illum discipuli iam viventem solvunt, quem magister resuscitaverat mortuum. Si enim discipuli mortuum solverent, fetorem magis ostenderent quam virtutem. Ex qua consideratione vobis[6] intuendum est quod illos nos debemus per pastoralem auctoritatem solvere, quos auctorem nostrum intelligimus per suscitantem gratiam vivificare. Que nimirum vivificatio ante rectitudinem operis in ipsa iam cognoscitur confessione peccati. Unde et huic ipsi[7] mortuo[8] nequaquam[9] dicitur, Revivisce, sed, Veni foras. Omnis quippe peccator dum culpam suam intra conscientiam abscondit, introrsus latet, in suis penetralibus occultatur. Sed mortuus venit foras, cum peccator nequitias suas sponte confitetur. Lazaro ergo Veni foras dicitur[10], ac si aperte cuilibet mortuo in culpa diceretur, Cur reatum tuum intra conscientiam abscondis? Foras iam per confessionem egredere, qui apud te per cogitationem[11] interius lates. Veniat itaque foras mortuus, id est culpam confiteatur peccator. Venientem vero[12] solvant discipuli, ut pastores ecclesie ei penam debeant amovere, quam meruit qui non erubuit confiteri quod fecit. Hec de solutionis ordine dixerim breviter[13], ut sub magno moderamine pastores ecclesie vel solvere studeant, vel ligare[14].

*(lib. Quadraginta hom.) Ctp 3.27.1 to* arbitrium iudicis; *IP 5.78-81 (11, q. 3, c. Plerumque.)*

---

1 Ne prelatus propriam sequens voluntatem aut solvere noxios, aut ligare conetur insontes *add. as rubr.* M
2 hic *add.* M, *om.* CPSLHA
3 nititur CPLHA; conatur SM
4 que – quia] quem L; prius *add.* M, *om.* CPSA
5 *erasure follows* C
6 vobis CPS?LH; nobis AM
7 huic ipsi CVAM; hinc ipsi RPBLH; ipsi huic S
8 *corr. fr.* peccato S
9 nequaquam CPHAM; non S
10 Veni for. dic. CPSH; dic. Veni for. AM
11 cogitationem C²RLHM; considerationem P?; confessionem VB?SA; [negationem] *add.* M
12 [foras inseritur in orig.] *add. Fr*
13 dix. brev. CPSA; brev. dix. M
14 *corr. fr.* -ari CR

**4***

*[1]Gregorius in moralibus lib. III[2]*

Cum sancti viri maledictionis sententiam proferunt, non ad hanc ex voto ultionis, sed ex iustitie examine erumpunt[3]. Intus subtile Dei iudicium aspiciunt, et mala foris exsurgentia, qua maledictione ferire debeant cognoscunt, et eo maledicto non peccant, quo ab interno iudice[4] non discordant.

*IP 5.82a (24, q. 3, c. Cum sancti viri.)*

---

1 Quod sancti minime delinquunt cum peccantes maledicti sententia feriunt *add. as rubr.* M
2 III CPSA; IV, cap. 6. M
3 [prorumpunt] *add.* M
4 [iudicio, orig.] *add. Fr*

**5***

*Item [1]*

Scriptura sacra duobus modis maledictum memorat, aliud videlicet quod approbat, aliud quod dampnat. Aliter enim[2] maledictum profertur iudicio iustitie, ut ipso primo homine peccante prolatum est, cum audivit, Maledicta terra in opere tuo; et cum Abrahe dicitur, Maledicentibus tibi maledicam. Rursum quia maledictum non iudicio iustitie profertur, sed livore vindicte promitur, voce Pauli predicantis admonemur, qui ait, Benedicite et nolite maledicere.

*(Grego. Moral. l. IV, c. 5) IP 5.82b*

---

1 Quod duobus modis maledictum proferatur, et iniusta vincula iusto non esse metuenda *add. as rubr.* M; *no break* PVA. H *has here rubric to cap. 4*
2 *over erasure* C

*Augustinus de verbis[1] Domini[2], cap. 16*

Cepisti habere fratrem tuum tanquam publicanum, ligas illum in terra, sed ut iuste alliges vide, nam iniusta vincula dirumpit iustitia. Cum autem correxeris et concordaveris cum fratre[3] tuo, solvisti illum in terra; cum solveris in terra, solutus erit[4] et in celo.

*Ctp 3.27.2; IP 5.83 (11, q. 3, c. Cepisti.)*

---

1 verbis CPSHA; verbo M
2 secundum Mattheum *add.* M, *om.* CPSA
3 confratri CRP[2]SHA; cum fratre PM; cum fratri B
4 sol. erit CPSHA; erit sol. M

**6***

*[1]Hieronimus super epistolam Pauli ad Philemonem*

Si quis dixerit iustum iniustum, et iniustum iustum, abominabilis uterque apud Deum est. Similiter qui sanctum dicit esse non sanctum, et rursum non sanctum asserit sanctum uterque[2] abominabilis apud Deum est.

*(ad locum Gratias ago Deo meo) ] Ctp 3.27.3; IP 5.84 (11, q. 3, c. Si quis dixerit.)*

1 Quod abominabilis sit Deo qui vel iustum ligaverit, vel solverit iniustum *add. as rubr.* M
2 uterque PVSA; *om.* CRBM

## 7*

### [1]*Hieronimus super*[2] *Mattheum libro tertio*

Tibi dabo claves regni celorum, et quodcumque[3] ligaveris super terram, erit ligatum[4] et in celo; et quodcumque solveris super terram, erit solutum[5] et in celo[6]. Istum[7] locum episcopi et presbiteri non intelligentes, aliquid sibi de Phariseorum assumunt supercilio, ut vel dampnent[8] innocentes, vel solvere se noxios arbitrentur, cum apud Deum[9] non sententia sacerdotum, sed reorum vita queratur.[10] Legimus in Levitico de leprosis, ubi iubentur quod[11] ostendant se sacerdotibus, et si lepram habuerint, tunc a sacerdote immundi fiant, non quod[12] sacerdotes immundos[13] faciant, sed quod[14] habeant notitiam de leprosis, et non leprosis, et possint discernere qui mundus, quive immundus sit. Quomodo ergo[15] sacerdos[16] immundum leprosum non facit, sic et hic[17] alligat vel solvit episcopus vel[18] presbiter[19] eos qui insontes sunt vel noxii, sed pro officio suo cum peccatorum audierit varietates, scit qui ligandus sit, qui solvendus.
*(in c. XVI). Ctp 3.27.4 (cf 3.2.23, 3.8.5); IP 5.85-6*

1 Quod apud Deum non sententia sacerdotum, sed unumquemque vita defendat aut damnet *add. as rubr.* M
2 super CPAM; supra S
3 quodc- CPVSAM; quec- P[2]
4 erit ligatum C[2]VSLM; erunt ligata CP; e.l. A
5 erit solutum C[2]VSM; erunt soluta CP
6 et quodcumque solveris – in celo *om.* L
7 Istum CV[2]BSLAM; Iustum PV?
8 *corr. fr.* -ant C
9 Deum CPSA; Dominum M
10 H *omits all to here*
11 quod CPBSLH; ut AM
12 quod CPSA; quo M
13 *in mg.* C
14 quod CPSA; quo M
15 ibi *add.* M, *om.* CPSA
16 mundum vel *add.* M, *om.* CPSA (A *with lacuna*)
17 hic CVBSA; hic non C[2]LM; sic P
18 vel CPSA; et M
19 non *add.* PVBSA, *om.* CLM

## 8*

### [1]*Gelasius episcopis orientalibus, de communione Acatii*[2] *vitanda*

Cui est illata sententia, deponat errorem, et vacua est. Si iniusta est, tanto eam curare non debet, quanto apud Deum et ecclesiam eius neminem potest iniqua gravare sententia. Ita ergo ea se non absolvi desideret, qua se nullatenus perspicit obligatum.
*CB Varia 1B 1p] Ctp 3.27.5 (11, q. 3, c. Cui est illata.)*

1 Sententiam iniuste prolatam nullatenus esse metuendam *add. as rubr.* M
2 Acatii PVAM; Acarii CBSLH

**9***

*[1]Augustinus[2] de summo bono*

Secundum catholicam fidem sanamque doctrinam, nec Dei nature nocere quisquam potest, nec natura Dei iniuste nocere cuiquam, nec nocere iniuste patitur quemquam. Qui enim nocet, ait Apostolus, recipiet hic quod nocuit.

*CB Varia 1C 98] Ctp 3.27.6 (11, q. 3, c. Secundum catholicam.)*

1 Non impune cedere si quis patitur iniuste *add. as rubr.* M
2 Aug. CPSM; Isidorus A

**10***

*[1]Augustinus de sermonibus[2] Domini in monte*

Temerarium iudicium plerumque nihil nocet ei de quo iudicatur temere. Ei autem qui temere iudicat, ipse temeritas necesse est ut noceat.

*(lib. 2, c. 29). CB Varia 1C 101] Ctp 3.27.7 (11, q. 3, c. Temerarium.)*

1 Nullum damnari nisi pro iniqua conscientia *add. as rubr.* M
2 -onibus CPVH; serm' A; -one BSM

**11***

*[1]Augustinus in epistola ad clerum Hipponiensem[2]*

Nunc si vobis placet ut nomen presbiteri non recitetur, ne iis qui ad ecclesiam nolunt accedere, sicut ait Apostolus, demus occasionem, non erit hoc nostrum factum. Quid enim obest homini, quod ex illa tabula non vult eum recitari humana ignorantia, si de libro viventium non eum deleat iniqua conscientia.

*(episto. 137). CB Varia 1C 102] Ctp 3.27.8*

1 Item *add.* M
2 -iensem CPBA; -ensem SM

**12***

*[1]Augustinus ad Secundinum Manicheum*

Senti[2] de Augustino quicquid libet, sola me in oculis Dei conscientia non accuset.

*(tom. 6, lib. contra Secundinum Manich. cap. 1) CB Varia 1C 103] Ctp 3.27.9 (11, q. 3, c. Sent.)*

1 De eodem *add. as rubr.* M
2 Senti CPSM; Sentit A

## 13*

*[1]Augustinus super psal. XXXVII[2]*

Etsi ad tempus dampnaris ab homine, et si dixeris sententiam proconsuli[3] in Ciprianum, aliud est sella terrena, aliud tribunal celeste, ab inferiore accipit sententiam, a superiore coronam.

*(ad versum Nec damnabit eum cum iudicabitur illi) CB Varia 1C 104] Ctp 3.27.10 (11, q. 3, c. Etsi tempus.)*

1 In iudicio solam timendam esse conscientiam *add. as rubr.* M
2 XXXVII CPSA; XXXVI M
3 [dixeris sententiam proconsulis] *add.* M[2]

## 14*

*[1]Augustinus super psal. XXVIII[2]*

Custodi intus innocentiam tuam ubi nemo opprimit causam tuam. Prevaluit in te falsum testimonium, sed apud homines. Numquid apud Deum valebit, ubi causa tua dicenda est? Quando Deus erit iudex, alius testis quam conscientia tua non erit. Inter iudicem iustum et conscientiam tuam noli timere, nisi causam tuam.

*(ad versum Quoniam in te speravi) CB Varia 1C 105; Ctp 3.27.11 (11, q. 3, c. Custodi.)*

*[3]Augustinus super psal.[4] CII*

Qui iustus est et iniuste maledicitur, premium illi redditur.

*(ad versum Faciens misericordiam Dominus) CB Varia 1C 106a] Ctp 3.27.12*

1 Iusto pro maledicto iniuste illato premium fore sperandum *add. as rubr.* M
2 XXVIII CPSHA; XXXVII M
3 Item *add.* M
4 super ps. CPM; ps. S; *om.* A

## 15*

*[1]Sardicense concilio[2], cap. 16[3]*

Si quis episcopus forte iracundus, quod esse non debet, cito et aspere commovetur adversus presbiterum sive diaconum, et exterminare eum de ecclesia voluerit, videndum est ne innocens dampnatur, aut perdat communionem. Et ideo habeat potestatem is qui abiectus est, ut episcopos finitimos interpellet, et causa eius audiatur, ac diligentius tractetur, quia non oportet ei negari audientiam roganti. Et ille episcopus qui iuste aut iniuste eum abiecit, patienter accipiat aut [4] negotium discutiatur, ut vel probetur sententia eius a plurimis, vel emendetur. Tamen priusquam omnia diligenter et fideliter examinentur, eum qui fuerit a communione separatus, nullus debet presumere ut communioni societ.

*Ctp 2.5.10 pt] IP 5.127 (11, q. 3, c. Si episcopus forte iracundus.)*

1 Ut presbyter vel diaconus ab episcopo suo quocunque modo deiectus a provincialibus episcopis discutiatur, et ante hoc a nemine in communionem recipiatur. *as rubr.* Ex *add.* M
2 -ilio PM; concil' CV; conc' BS; -ilium LHA

3 16 CPSLHA; 17 M
4 accipiat aut PBSL; aut C; accip. ut VAM

**16***

*[1]Agathense concilio cap. 2[2]*

Episcopi si sacerdotali moderamine postposito, innocentes ac minimis causis culpabiles[3] excommunicare presumpserint, aut ad gratiam festinantes recipere fortasse noluerint, a vicinis episcopis cuiuslibet provincie litteris moneantur; et si parcere[4] noluerint, communio illis usque ad tempus sinodi a reliquis episcopis denegetur.
*(Agath. concil. cap. 3) Ctp 2.28.2 pt] IP 5.128 (11, q. 3, c. Episcopi.)*

1 Ut episcopis qui subiectis vehementes fuerint et implacabiles a vicinis episcopis communio denegetur *add. as rubr.* M
2 Ag. - 2 CPSA; Ex Arelatensi concilio, cap. 11 M
3 *corr. fr.* -is P
4 parcere CPBSHA[2]; parere AM

**17***

*[1]Gregorius Magno episcopo[2] Mediolani[3]*

Comperimus quod Laurentius quondam frater et coepiscopus noster, nullis te culpis exstantibus communione privaverit, ideoque huius precepti nostri auctoritate munitus officium tuum securus perage, et communionem sine aliqua sume formidine.
*(lib. 2 regis. epi. 26 c. 65) ] IP 5.129 (24, q. 3, c. Comperimus.)*

1 Exemplum huius rei *add. as rubr.* M
2 A *obsc. corr.*; [presbytero habet Greg.] *add.* M
3 -ani PBSHAM; -anensi C

**18***

*[1]Gregorius Maximiano Siracusano episcopo*

Frequenter me admonuisse[2] vos recolo, ut in proferenda sententia esse precipites nullatenus deberetis, et nunc ecce cognovi quia reverendissimum virum abbatem Eusebium commota furore vestra fraternitas excommunicavit; quod ego valde miratus sum.
*(li. 12 regis. epistola 26) ] IP 5.130*

1 Ne episcopus precipitem sententiam dictet *add. as rubr.* M
2 me ad. CPBSM; ad. me H

**19***

*[1]Epistola Augustini[2] ad Auxilium episcopum*

Precor ut ignoscas precanti veniam excommunicato, si agnoveris[3] culpam. Si autem nihil eum peccasse prudenter advertis, fac quod sanctum virum facere oportet, ut si

tibi contigit tanquam homini, quod utique homo dicit in psalmo, Turbatus est pre ira oculus meus, exclames ad Deum, Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum, ut porrigat tibi dexteram suam, et comprimat iracundiam tuam, et tranquillet mentem tuam ad videndam faciendamque iustitiam. Aufer gesta ecclesiastica que perturbatior quam consideratior forsitan fecisti.
*(epist. 75) IP 5.131*

---

1 Ut sana ratio corrigat quod mens turbata peccaverit *add. as rubr.* M
2 Ep. Aug. CPSA; Augustinus M
3 -eris CPSA; -erit M

## 20[1]*

*[2]Rabanus De pressuris ecclesiasticis, lib. I*

Non in perpetuum dampnamur[3] cum iuste[4] iudicamur, dicente Psalmista, Nec dampnabit illum cum iudicabitur illi. Multi denique sacerdotum culpam zelo Dei se persequi profitentur, sed dum[5] indiscrete hoc agunt, sacrilegii facinus incurrunt, et dum precipites quasi ad emendandum ruunt, ipsi quoque multo magis deterius cadunt.
*IP 5.132 (24, q. 3, c. Non in perpetuum.)*

---

1 *in* CPAM; *om.* S
2 Sugillatio sacerdotum qui ad persequendas culpas prosiliunt incaute *add. as rubr.* M
3 -amur CPBM; -antur A
4 iuste CPVBA; iniuste C²M
5 dum PVBAM; cum C

## 21

*Ex concilio Parisiensi tempore Ludovici. De illicita excommunicatione[1]*

De illicita excommunicatione lex Iustiniani catholici imperatoris, quam probat et servat ecclesia catholica constitutione 118, capite 451, decrevit ut nemo episcopus, nemo presbiter, excommunicet aliquem, antequam causa probetur propter quam ecclesiastici canones hoc fieri iubent. Si quis autem adversus ea aliquem excommunicaverit, ille quidem qui excommunicatus est maioris sacerdotis auctoritate ad gratiam sancte communionis redeat. Is autem qui non legitime excommunicavit, in tantum[2] abstineat a sacra communione tempus[3], quantum maiori sacerdot visum fuerit, ut id[4] quod iniuste fecit ipse iuste patiatur. Et hinc sanctus Gregorius ad Iohannem episcopum[5] iniuste excommunicantem inter cetera scripsit, dicens, Cassatis prius atque ad nihilum redactis predicte sententie tue decretis, ex beati Petri apostolorum principis auctoritate decrevimus[6] 30 dierum spatio sacra te[7] communione privatum, ab omnipotente[8] Deo tanti excessus veniam cum summa penitentia ac lacrimis exorare. Quod si hanc sententiam nostram te cognoverimus implesse remissius, non iam tantum iniustitiam, sed et contumaciam fraternitatis tue cognoscas, iuvante Domino, severius puniendam, quia nemo prepropere vel prepostere, scilicet[9] non commonitus neque conventus est iudicandus. De conventione huiusmodi patratoris manisfestorum criminum lex dicit. Quicumque tribus auctoritatibus iudicis conventus, vel tribus edictis fuerit ad iudicem

provocatus, aut uno pro omnibus peremptorio, id est quod causam extinguit, fuerit evocatus, et presentiam suam apud eum[10] iudicem a quo ei denuntiatum est exhibere noluerit, adversus eum quasi in contumacem iudicari potest, quin immo nec retractari per appellationem negotia possunt, quoties in contumacem fuerit iudicatum. Et hanc sententiam de tribus auctoritatibus conventis ex evangelica veritate Celestinus ad Nestorium scribens, et Ephesina sinodus de eodem decernens[11], et beatus Gregorius ad Iohannem scribens[12] comprobant. De peremptorio autem scripto, Africanum concilium monstrat de Cresconio, ut si conventus resipiscere[13] detrectaverit, suo contemptu et contumacia faciente, auctoritate iudiciaria protinus excludatur. Et item beatus Gregorius de sententia in contumacem, scribens ad Maximum presumptorem Salonitanum episcopum dicit[14], Hortamur ut ad nos venire omni postposita excusatione festines, quatenus servata iustitia hec de quibus accusaris et cognoscere et finire secundum canonica instituta, Christo revelante possimus. Ita autem fac ut ad veniendum amplius iam moras non ingeras, ne ipsa te magis absentia obnoxium his que dicuntur assignet, et nos in te hec res non solum propter dicta crimina que purgare subterfugis, sed etiam propter inobedientie culpam durius scilicet ut in contumacem, cogat ex concilio ferre iudicium.

*Hincmar, Opusculum LV capitt. cc 30, 28 (*PL *126. 411-2, 402); cf Jasper,* Papstwahldekret, 22 n. *76 for occ. in 4L] Ctp 3.27.13; IP 5.124 (24, q. 3, c. De illicita.)*

---

1 De ill. exc. CPLHS; Qualiter in prelatum vindicari debeat, qui subiectum illicite damnaverit *before insc.* M
2 tempus *add.* RHM, *om.* CPBL; ? S
3 tempus CPBL; *om.* RHM; ? S
4 id CLHM; *om.* P; ??S
5 (lib. 2 regist. cap. 45, epist. 6, prime Iustiniane) *add.* M[2]
6 decrev- CPLH; decern- M; ? S
7 sacra te P[2]VM; sacrata CH; sacra P; se...crata B; ? S
8 -ente CPBLH; ? S; -enti M
9 -ciet C
10 eum CPSM; *om. Fr*
11 (episto. conci. Ephesini ad Nestorium) *add.* M[2]
12 (cap. 44) *add.* M[2]
13 *after corr.* P
14 (Lib. 5 regist. epist. 3. seu ca. 103) *add.* M[2]

## 22*

### [1]*Epistola 1 Clementis ad Iacobum*

Quedam[2] ex vobis ipsis intelligere debetis, si que sunt que episcopus vester propter malorum hominum insidias non potest evidentius et manifestius proloqui, verbi gratia, si inimicus est alicui pro actibus suis, nolite exspectare ut ipse vobis dicat, Cum illo nolite amici esse; sed prudenter observare debetis, et voluntati eius absque contentione obsecundare, et avertere vos ab eo cui ipsum sentitis adversum. Sed nec loqui his quibus ipse non loquitur, ut unusquisque qui in culpa est, dum cupit omnium vestrorum amicitias ferre, festinet citius ei reconciliari qui omnibus preest, et per hoc redeat ad salutem, cum obedire ceperit monitis presidentis. Si quis vero amicus fuerit his quibus ipse amicus non est, et locutus fuerit his quibus ipse non loquitur, unus est, et ipse

ex illis qui exterminare volunt Dei ecclesiam, et cum corpore vobiscum esse videatur, et mente et anima contra vos est, et multo est nequior hostis hic, quam hi qui foris sunt, et evidenter inimici sunt.

1 Quales subiecti erga eos esse debeant qui animum offenderint presidentis *as rubr.* Ex *add.* M
2 Quedam CPSM; Quidam A

**23***

[1]*Calixtus episcopis Gallie*

Excommunicatos quoque a sacerdotibus nullus recipiat ante utriusque partis iustam examinationem, nec cum eis in oratione, aut cibo, vel potu, vel osculo communicet, nec Ave eis dicat. Quia quicumque in his vel aliis prohibitis scienter excommunicatis communicaverit, iuxta apostolorum institutionem[2], et ipse simili excommunicationi subiaceat[3].

*(epist. 2) cf BD 11.38; Ctp 1.14.12 med.] (11, q. 3, c. Excommunicatos.)*

1 Ut communicans excommunicatis similem sortiatur vindictam *add. as rubr.* M
2 (cap. 11 Can. Apost.) *add.* M²
3 -ceat CPSHA; -cebit M

**24***

[1]*Fabianus papa ecclesie comministris*

Cum excommunicatis non est communicandum. Et si quis cum excommunicato avertendo regulas scienter saltem in domo simul locutus fuerit vel oraverit, ille communione privetur.

*(epistola 1) Ctp 1.18.1a] IP 5.95 (11, q. 3, c. Sicut apostoli.)*

1 De eadem re *add. as rubr.* M

**25***

[1]*Sardicense*[2] *concilio*[3]*, cap. 15*[4]

Sive diaconus, sive presbiter, sive quis clericorum ab episcopo suo communione fuerit privatus, et ad alterum perrexit[5] episcopum, et scierit[6] ad quem confugit[7] eum ab episcopo suo fuisse abiectum, non oportet ut ei communionem indulgeat. Quod si fecerit, sciat se convocatis[8] episcopis causam esse dicturum.

*Ctp 2.5.9 pt] IP 5.100*

1 Ne quis episcopus alterius episcopi presbytero vel diacono communione privato scienter communicet. *as rubr.* Ex *add* M
2 Sardice V
3 -ilio PM; -ilium A; -il' CVS
4 15 CPSA; 16 M
5 -xit CPSA; -xerit M
6 ille *add.* P²?*Fr*, *om.* CVBSAM
7 -ugit CPBAM; -ugerit S
8 -atis CPSAM; -is *Fr*

**26***

*Antiochenum concilium*[1] *cap. 2*

Si quis de episcopis aut[2] presbiteris vel[3] diaconis, seu quilibet ex clero deprehensus fuerit cum excommunicatis communicare, etiam iste privetur communione, tanquam qui regulam confundit ecclesie.

*[Vers. D] (Anth. I, sub Iulio I) IP 5.97*

1 Ant. (-ene A) conc. CPSHA; Ut quilibet ecclesiastici ordinis ministri excommunicatis communicantes communione priventur. Ex Antiochensi conc.
2 aut CPBSHA; vel M
3 vel PVBSAM; aut CH

**27***

[1]*Cap. 6*

Si quis a proprio episcopo communione privatus est, non ante suscipiatur ab aliis quam suo reconcilietur episcopo, aut certe ad sinodum que congregatur occurrens, pro se satisfaciat.

*[Vers. D] IP 5.101 (11, q. 3, c. Si quis a proprio.)*

1 Ne quis clericum communione privatum recipiat, nisi aut suo episcopo reconciliatum, aut synodali satisfactione purgatum. Ex eodem conc. *add.* M

**28***

[1]*Concilium II Carthagin. cap. 8*[2]

Qui merito facinorum suorum ab ecclesia expulsi sunt, si ab aliquo episcopo aut[3] presbitero, vel clerico[4] fuerint in communione suscepti, etiam ipsi pari crimine cum[5] eisdem teneantur obnoxii.

*Ctp 2.16.4 mod.] IP 5.98 (11, q. 3, c. Qui merito.)*

[6]*Concilium IV Carthaginiense cap. 71*[7]

Qui communicaverit vel oraverit cum excommunicato, sive clericus sive laicus, excommunicetur.

*(Cap. 73) Ctp 2.18.72] IP 5.99 (11, q. 3, c. Qui communicaverit).*

1 Ab Ecclesia eliminatum quisquis clericorum in communionem receperit pari lege iudicetur *as rubr*. Ex *add.*. M
2 8 CPBSA; 6 R; 7 HM
3 aut CPSA; vel M
4 [diacono] *add.* M²
5 crim. cum CPSM; cum crim. A
6 De eadem re. *as rubr.* Ex *add* M. H *omits all cap. from here.*
7 cap. 71 CPSA; *om.* M

**29***

*[1]Cesaraugustense concilium[2] cap. 5*

Hi qui per disciplinam aut sententiam episcopi ab ecclesia fuerint separati, ab aliis episcopis non sunt recipiendi. Quod si scientes episcopi fecerint, non habeant communionem.

1 De eadem re *add. as rubr.* M
2 Ces. conc. CPSA; Ex Cesaraugustensi conc. M

**30***

*[1]Toletano concilio I cap. 16[2]*

Si quis laicus abstinetur, [3]ad domum eius, vel clericorum vel religiosorum nullus accedat. Similiter et clericus si abstinetur, a clericis devitetur. Si quis cum illo colloqui aut convivari fuerit deprehensus, etiam ipse abstineatur. Sed hoc pertineat ad eos clericos qui eius[4] sunt episcopi, et ad omnes qui moniti fuerint de eo qui abstinetur sive laico quolibet sive clerico.

*Ctp 2.35.7] (11, q. 3, c. Si quis laicus.)*

1 De eadem re *add. as rubr.* M
2 Tol. conc. I cap. 16 CP; Toletanum concilium I cap. 16 SA; Ex conc. Tolet. I, cap. 15 M
3 ad hunc vel *add.* M, *om.* CPSA
4 eius CPSA; unius [eiusdem] M

**31***

*[1]Canones Martini[2] ad laicos*

Non liceat communicare excommunicatis, neque in domos eorum intreuntes orare cum eis. Si autem aliquis episcopus, aut presbiter, aut diaconus, aut quilibet ecclesiasticus excommunicato communicaverit, quasi perturbans omnem disciplinam ecclesie, excommunicetur.

*(cap. 85) Ctp 2.47.84] IP 5.96*

1 De eadem re *add. as rubr.* M
2 Can. Mart. CPSLHA; Ex canonibus Martini episcopi M

**32***

*[1]Gregorius Ianuario episcopo Sardinie*

Eis[2] qui ab ecclesiastica excommunione suspensi sunt, nullus religiosus secundum canonum statuta iungatur.

*(li. 3 regist. epist. 24)*

1 Item de eodem *add. as rubr.* M
2 Eis CPAM; His S

**33***

*[1]Gelasius Maiorico, Serano et Iohanni episcopis[2]*

Celestinus presbiter fratris et coepiscopi nostri Serani, qui contra pontificale iudicium contraque apostolice sedis mandata prorumpens, supradictis communionem sacram ministrare presumpsit, cum non poterit ignorare sententiam proprii sacerdotis, ab officio protinus ecclesiastico repellatur, ut nullus ecclesie ministrorum contra pontificalia constituta[3] venire contendat.

*CB Gel. 55b]*

---

1 Ne quis contra ecclesiasticam satisfactionem excommunicatis communicet *add. as rubr.* M
2 et Ioh. ep. CPAM; *om.* S
3 constituta CPBSH; statuta M

**34***

*[1]Regula sancti Benedicti, cap. 25[2]*

Si quis frater presumpserit sine abbatis iussione[3] fratri excommunicato quolibet modo se iungere aut loqui cum eo, vel mandatum ei dirigere, similem sortiatur excommunicationis vindictam.

---

1 De eadem re *as rubr.* Ex *add.* M
2 25 CPSH; ? A; 26 M
3 abb. iuss. CPSA; iuss. abb. M

**34A** (PVBS)

*Ex concilio Carthag. cap. 29*

Si quis excommunicatus fuerit, sive episcopus sive quilibet clericus, et tempore excommunicationis sue ante audientiam communionem presumpserit, ipse in se dampnationis iudicetur protulisse sententiam.

*Canones in causa Apiarii c. 29 [35], CC 149. 110, 128; cf above 5.314] Ctp 3.27.14*

**35***

*[1]Iohannes VIII clero et ordini Salernitano*

De illis presbiteris qui tempore sanctissimi decessoris[2] nostri domini pape Nicolai excommunicati sacrum ministerium contingere presumpserunt[3], ipsi in se dampnationis, sicut sancti canones statuerunt, sententiam intulerunt. Tamen quia miseratio apostolica veniam solet prestare correctis, ob multitudinem misericordie illis hanc indulgentiam exhibemus, ut sancta communione saginati studeant tribus continuis annis per hebdomadam omni secunda et sexta feria, aut[4] vino aut aceto penitus ieiunare[5], et ultra lugenda nequaquam committere.

*CB John VIII 32b] IP 5.104 (11, q. 3, c. De illis presbyteris.)*

---

1 Ut excommunicatus ante examen non communicet, statuta misericorditer penitentia his qui aliter fecerint *add. as rubr.* M
2 dec- CPSA; pred- HM
3 -erunt V²BSAM; -erint CPVH

---

4 aut CPSH; aut a A; a M
5 [omni tempore, 2 et 4 et 6 feria a vino et carne penitus ieiunare. Sic Grat.] *add.* M²

**36***

*[1]Iohannes VIII Michaeli regi Bulgarorum*

Si ab his quos excommunicatos habebamus sacramenta quecumque suscipitis, constat quia idololatriam, non ut Catholici essetis, sed ut schismatici efficeremini, reliquisse videmini.

*CB John VIII 34b] IP 5.105*

---

1 Ut nullus ecclesie Sacramenta ab excommunicatis accipiat *add. as rubr.* M

**37***

*[1]Niceno conc.[2], cap. 5*

De his qui communione privantur, seu ex clero, seu ex laico ordine, ab episcopis per unamquamque provinciam sententia regularis obtineat, ut hi qui abiiciuntur, ab aliis non recipiantur.

*Vers. D.*

---

1 Item ut clericus sive laicus a suo episcopo damnatus ab aliis non recipiatur *add. as rubr.* M
2 Nic. conc. PV; Nicen' conc' CRB; Nicenum concilium SHA; Ex conc. Niceno M

**38***

*[1]Epistola Carthag. concilii ad Celestinum papam*

Deprecamur ut deinceps ad aures vestras hinc venientes non facilius admittatis, nec a nobis excommunicatos in communionem ultra velitis excipere, quia etiam hoc Niceno concilio definitum facile advertit venerabilitas tua. Nam si de inferioribus clericis vel laicis videtur ibi precaveri, quanto magis hoc de episcopis voluit observari, ne in provincia a communione suspensi a tua sanctitate prepropere vel indebite videantur communione restitui? Presbiterorum quoque et sequentium clericorum improba refugia (sicut te dignum est) repellat sanctitas tua[2].

*(Exstat inter decreta conc. Aphrican. cap. 105, cap. 5)*

---

1 De eadem re. *as rubr*. Ex *add.* M
2 sanct. tua CPHAM; tua sanct. S

**39***

*[1]Nicolaus Epiphanio archiepiscopo[2]*

Sancimus ut si quis presbiter pro aliquo neglectu aut crimine a proprio excommunicatus fuerit episcopo[3], ab alio episcopo[4] non communicetur. Si vero ante audientiam communicare presumpserit, dampnationis in se illatam cognoscat sententiam.

*IP 5.102*

1 Item de eadem re *add. as rubr.* M
2 archiep- CPVBSA; ep- RHM
3 fuerit ep. *over erasure* C
4 alio ep. *in mg.* P

**40***

*[1]Canones[2] apostolorum, cap. 11*

Si quis[3] excommunicato saltem in domo locutus[4] fuerit vel oraverit, iste a[5] communione privetur.
*IP 5.103 (11, q. 3, c. Sicut apostoli.)*

*[6]Ex libro Pontificali*

Anastasius[7], natione Romanus, sedit anno uno, mensibus 11, diebus 24. Et multi presbiteri et[8] clerici eiecerunt se a communione ipsius eo quod sine consilio eorum communicasset diacono Thessaloniconsi[9] qui communis erat Acacio, et quia occulte voluit revocare Acacium, et non potuit, quia divino nutu percussus est Acacius.
*CB Varia II 125] (Dist. 19, c. Anastasius.)*

1 De eadem re *add. as rubr.* M
2 Canones CPSA; Ex canon. M
3 cum *add.* A, *om.* CPMS
4 -ut- *ss* P
5 a C(*followed by lacuna*)PSA; *om.* M
6 Exemplum cavendi *add. as rubr.* M
7 II *add.* M
8 et CPSA; atque M
9 -consi CPA; -ensi S; - en. M

**41***

*[1]Alexander II Gervasio Remensi archiepiscopo*

Iuste non potest fieri, ut prius quis a quoquam prelato excommunicetur, quam missa sinodica canonice ad respondendum vocetur.
*CB Alex. II 81]*

1 Quod nemo possit iuste damnari, nisi canonice ad audientiam vocatus *add. as rubr.* M

**42***

*[1]Novellarum constitut. 11, cap. 11[2]*

Nemo episcopus, nemo presbiter excommunicet aliquem, antequam causa probetur propter quam ecclesiastici canones hoc fieri iubent.[3] Si quis autem adversus ea excommunicaverit aliquem, ille quidem qui excommunicatus est, maioris sacerdotis auctoritate ad gratiam sancte communionis redeat, is autem qui non legitime excommunicavit, in tantum abstineat tempus, quantum maiori sacerdoti visum fuerit, ut

quod iniuste fecit, ipse iuste patiatur.
*Jul. epit. 115.15; CSem 2.183] cf above 5.371 (2, q. 1, c. Nemo episcopus.)*

---

1 Ut prelatus si quem ante probationem cause damnaverit, maiori audientie addictus recipiat et ipse quod fecit *add. as rubr.* M
2 11 CPSLA; 20 M
3 L *lacks all from here*

## 43*

### *[1]Decreta[2] Gregorii VII*

Quoniam multos peccatis nostris exigentibus, pro causa excommunicationis perire quotidie cernimus, partim ignorantia, partim nimia simplicitate, partim timore, partim etiam necessitate, devicti misericordia, anathematis sententiam ad tempus prout possumus temperamus. Apostolica itaque auctoritate ab anathematis vinculo hos subtrahimus, videlicet uxores, liberos, filios, servos, ancillas seu mancipia, nec non rusticos, et servientes, et omnes alios qui non adeo curiales sunt, ut eorum consilio scelera perpetrentur, et eos qui ignoranter excommunicatis communicant, sive illos qui communicant cum eis qui excommunicatis communicant. Quicumque autem aut arator sive[3] peregrinus aut viator in terram excommunicatorum devenerit ubi non possit emere, vel non habeat unde emat, ab excommunicatis accipiendi licentiam damus. Et si quis excommunicatis non pro sustentatione[4] superbie, sed humanitatis causa dare voluerit, non prohibemus.
*Ctp 3.27.15; IP 5.125 (11, q. 3, c. Quoniam multos.)*

---

1 Quo moderamine sedes apostolica in ferenda sententia qualitatibus hominum condescendat *add. as rubr.* M
2 Decreta CPSA; Ex decretis M
3 sive CPSA; aut M
4 pro sust. RPVBHLAM; per sustentationem CS

## 44*

### *[1]Epistola[2] Augustini ad Auxilium episcopum*

Si habes de hac re sententiam certis rationibus vel Scripturarum testimoniis exploratam, nos docere digneris quomodo recte anathematizetur pro patris peccato filius, aut pro mariti uxor, aut pro domini servus, aut quisquam in domo etiam nondum natus, si eo tempore quo universa domus est anathemate obligata nascatur, nec eis[3] possit per lavacrum regenerationis in mortis periculo subveniri. Nec enim[4] corporalis est pena, qua legimus quosdam contemptores Dei cum suis omnibus qui eiusdem impietatis participes fuerunt, pariter interfectos. Tunc quippe ad terrorem viventium mortalia corpora perimebantur, quandoque etiam moritura. Spiritualis autem pena, qua fit quod scriptum est, Que ligaveris super terram erunt ligata et in celo, animas obligat, de quibus dictum est, Anima patris mea est; et anima filii mea est; Anima que peccaverit ipsa morietur. Audistis fortassis[5] aliquos magni nominis sacerdotes cum domo sua quempiam anathematizasse peccantium. Ego autem si quis ex me quesierit, utrum recte fiat, quid ei respondeam non invenio. Nunquam hoc facere ausus sum de quorumdam facinoribus

unanimiter adversus ecclesiam perpetratis, nisi gravissime commoverer. Item.[6] Quomodo possumus vel Deo vel hominibus iustam reddere rationem, si animas innocentes pro scelere alieno quod non trahunt, sicut ex Adam in quo omnes peccaverunt, originale peccatum spirituali supplicio puniamus? Etenim Classiciani filius et si traxit ex patre noxam primi hominis sacro fonte baptismatis expiandam, tamen quicquid postea qui eum genuit, peccati pater eius admisit, ubi particeps iste non fuit, ad eum non pertinere quis ambigat? Quid dicam de coniuge? quid dicam de tot animabus in universa familia?
*(epist. 75) Ctp 3.27.16 to* grav. commoverer; IP 5.126 *(24, q. 3, c. Si habes.)*

1 Utrum uno quolibet peccante tota domus eius anathemate ferienda sit *add. as rubr.* M
2 Epist.- CPSA; Ex epist. M
3 eis CPS; ei AM
4 Nec enim CBSLH; Hec enim PV; Neque enim hec A; Hec [nec] enim M
5 -sis CPSA; -se M
6 (pauculis interiectis) *add.* M², *om.* CPSA

## 45*

### [1]*Urbanus II Gibehardo*[2] *Constantiensi episcopo*

Diu[3] excommunicationis questione tractata, sancti predecessoris nostri Gregorii sententiam confirmantes, ita eam domino inspirante determinavimus. Primo siquidem gradu Ravennatem heresiarcham Romane ecclesie invasorem ab omnibus catholice ecclesie membris alienum et excommunicatum esse censemus. Secundo eos qui armis, pecunia consilio aut obedientia ecclesiasticos maxime ordines aut honores ab eis accipiendo, eorum nequitie adminiculum subministrant. Hos igitur principaliter anathematis vinculis astringentes, in tertio gradu communicantes eis nos quidem non excommunicavimus, sed quia ipsi se eorum communione[4] condempnant, in nostram eos societatem sine penitentie ultione et absolutione nequaquam recipimus. Sanctis quippe canonibus cautum constat, ut qui excommunicatis communicaverit, excommunicetur. Ipsi tamen penitentie atque absolutionis modos ea moderatione decrevimus, ut quicumque seu ignorantia, seu timore, seu necessitate negotii cuiusquam maximi et maxime necessarii, eorum se coniunctum[5], salutatione, oratione osculove contaminaverit[6], minoris penitentie medicina societatis nostre participium sortiatur. Eos vero qui aut spontanee aut negligenter inciderint, sub ea volumus discipline coercitione[7] suscipi, ut ceteris metus incutiatur.
*CB Urban II 38a] IP 5.107 from* Sanctis quippe canonibus

1 Apostolice sedis exemplum, quomodo quosdam excommunicatos publice pronuntiet, quosdam quasi dissimulet, quos tamen salvandos penitentie medicamento monet *add. as rubr.* M
2 Gib- CPSM; Gib... B; Geb- A
3 Diu CPSA; Qui ?B; *om.* M
4 [excommunicatione] *add.* M²
5 coniunctum CPS; convictu AM
6 eum *add.* A, *om.* CPSM
7 coercitione C²P²M; cohertione PVBS; choercione A

**46***

*[1]Nicolaus[2] Himario[3] Remorum archiepiscopo*

Excellentissimus rex Carolus apostolatum nostrum consuluit, quid agendum sit de his qui communicant cum his qui cum Ingeltrude[4] sepe dampnata communicant femina, quoniam eam cum communicatoribus et fautoribus suis pari vinculo anathematis retineri constat astrictam. Quapropter nunc beatitudini tue iniungimus ut super hoc nostra auctoritate freta curam de his sumere studeat. Et quia docta divinitus sanctitas tua valde novit aliud esse ex necessitate, aliud ex ignorantia, atque aliud quod ex studio delinquitur, istudque posterius duobus prioribus strictius esse puniendum, idcirco solerter invigilet et cauta discretione singulorum modos diudicet et[5] quatenus hi qui[6] ex necessitate vel ignorantia delinquunt auctoritate nostra per te absolvantur, si tamen ipsa eorum ignorantia vel necessitas vera et non simulata, vel non ex voluntate processerit. Quia ut bene nosti, plerique sunt qui possunt quidem, sed non volunt recta nosse. Unde Psalmista de huiusmodi, Noluit, inquit, intelligere[7] ut bene ageret. Illos autem qui studio suo obligantur et contemptu interdicta nostra postponunt, non nisi digna satisfactione preveniente volumus a te prorsus absolvi.

*Ctp 1.62.34] IP 5.106 (11, q. 3, c. Excellentissim.)*

1 De eadem re *add. as rubr.* M
2 papa *add.* M, *om.* CRPBSH
3 Himario CPBS; Hicmario C[2]; Himaro VH; Hinmaro A; Hincmaro M
4 -gel *ss* A; [Engiltrude] *add.* M[2]
5 et CPSH; *om.* AM
6 hi qui CVBSH[2]A; qui hi P; hi HM
7 intell. CPSM; *om.* A

**47***

*[1]Augustinus super Iohannem pars I [2], tract.[3] 44*

Cum excommunicat ecclesia, in celo ligatur excommunicatus; cum reconciliat ecclesia, in celo solvitur reconciliatus.

*(Milleloquium August. ad titulum Excommunicationis tribuit cap. 49, sed nec ibi legitur.) ] Ctp 3.27.17; IP 5.87*

1 Quod ratum sit in celo Ecclesie iudicium *add. as rubr.* M
2 pars I PVBA; *om.* CSL; parte I M
3 tract. CPBAM; tit. S

**48***

*[1]Chrisostomus super epistolam ad Hebreos, sermone[2] 4*

Nemo contempnat vincula ecclesiastica. Non enim homo est qui ligat, sed Christus, qui hanc potestatem dedit, et dominos fecit homines tanti honoris.

*(homel. 4 ad cap. 2 Epistolae ad Hebrae.) ] Ctp 3.27.18; IP 5.88 (11, q. 3, c. Nemo contemnat.)*

1 Item de potestate ecclesie *add. as rubr.* M
2 sermone M; sermo CL; PVBSA *uncertain*

**49***

*[1]Quinte sinodi actio[2] V*

Certum est quod qui impius demonstratus est, omnimodo separatus est a Deo; sicut etiam ille qui anathematizatus tanquam impius separatus est. Nihil enim aliud significat anathema, nisi a Deo separationem[3].

*IP 5.89 (24, q. 3, c. Certum est.)*

*Actio[4] VIII*

Iudicium anathematis nihil aliud est, nisi a Deo separatio, quod impius licet in verbo ab aliquo non suscepisset, tamen anathema reipsa subinfert[5] per suam impietatem, semetipsum a vera vita separans.

---

1 Quid sit anathematizari *as rubr.*. Ex *add.* M
2 actio BSA; act' CP; aut' V; actione M
3 -tionem CPSAM; -tio *Fr*
4 Actio PVBSA; Act' C; Actione M
5 subinfert CPSA; subi infert C²; sibi infert M

**50***

*[1]Augustinus de verbis Apostoli serm. 68*

Omnis Christianus, dilectissimi, qui a sacerdotibus excommunicatur, Satane tradi dicitur. Quomodo? Scilicet quia extra ecclesiam est diabolus, sicut in ecclesia Christus. Ac per hoc quasi diabolo tradi dicitur, qui ab ecclesiastica communione removetur. Unde illos quos tunc Apostolus Satane esse traditos predicat, excommunicatos a se esse demonstrat.

*(Milleloquium tribuit, ca. 14, nec ibi reperitur.). Ctp 3.27.19 (11, q. 3, c. Omnis Christianus.)*

---

1 Quam grave sit periculum anathematizari *add. as rubr.* M

**51***

*[1]Iohannes VIII Liubret[2] archiepiscopo Maguntino*

Helgentrudem[3] uxorem Bosonis noveris non solum excommunicatione (que a fraterna societate separat), sed et anathemate, quod ab ipso corpore Christi, quod est ecclesia, recidit, crebro percussam.

*CB John VIII 14; Ctp 1.63.3]*

---

1 Quid intersit inter excommunicationem et anathema *add. as rubr.* M
2 Liubret CPVBS; Lyubret H; Liutberto A; Luitberto M
3 Helgentrudem (-en V) CRVBS; Hengeltrudem (-dim A) PA; Ingeltrudam H; Engeltruden M

**52***

*[1]Historia[2] Anastasii bibliothecarii Romane ecclesie*

Tharasius patriarcha cum eligeretur, dixit, Anathema procul a Deo emittit, et a

regno celorum expellit, ducens in tenebras exteriores.

1 Quam sit grave anathema. *as rubr*. Ex *add.* M
2 Historia CPM; Hi sunt SA

**53***

*[1]Eutichianus episcopis per Siciliam*

Quibus regnum Dei[2] excluditur[3], procul dubio et ecclesia denegatur. De quibus Dominus in Evangelio, potestatem apostolorum eorumque successorum annuntians, ait, Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum alligaveritis peccata, alligata erunt, id est quibus ecclesiam interdixeritis, nisi reconciliati per satisfactionem fuerint ipsis ianua regni celestis clausa erit.
*(epistola 2)*

1 Quod regnum celorum intercluditur quibus Ecclesia clauditur *add. as rubr.* M
2 [celorum] *add.* M
3 excl- CPSHA; praecl- M

**54***

*[1]Gregorius Maximo presumptori Salone*

Additur inauditum nefas, quod post interdictionem quoque nostram, que sub excommunicatione quoque nostra ordinantiumque te facta est, cesis presbiteris, diaconibus, ceteroque clero manu militari ad medium diceris deductus. Quam rem nos consecrationem dicere nullo modo possumus, quia ab excommunicatis est hominibus consecrata[2].
*(li. 3 regist. epistola 20)*

1 Quod ordinatio que ab excommunicatis fit nullam vim habet *add. as rubr.* M
2 consecrata CPSHM; [al., celebrata] *add. Fr*; celebrata A

**55***

*[1]Ex decretis VII Gregorii pape*

Gregorius papa sinodo presidens dixit, Ordinationes illorum qui ab excommunicatis sunt ordinati, sanctorum Patrum sequentes vestigia irritas fieri censuimus.

1 De eadem re *add. as rubr.* M

**56***

*[1]Paulus in Vita Gregorii, lib. IV, cap. 8[2]*

Cum Dalmaticorum[3] generalitas Honoratum archidiaconum, quem Gregorius ex presbitero in diaconum converterat, sibi preficiendum concorditer elegissent, eorumque decretum pontifex approbasset, factione Malchi episcopi rectoris apostolici patrimonii,

manu militari, Maximus multis criminibus involutus episcopatum Salonitane civitatis invasit. Quod Gregorius audiens Dalmatinis et Iadectinis episcopis, ne illis manus imponerent sub magna interminatione prohibuit. At vero Maximus, qui episcopatus sedem contra canones invaserat, etiam sacerdotium contra Deum per Simoniacam heresim ab episcopis duntaxat excommunicatis pretio corruptis, non timuit promereri.

---

1 Exemplum cavendi *add. as rubr.* M
2 8 CPSA; 9 M
3 -icorum CPSA; -inorum M

## 57*

### [1]*Alexander II Willelmo*[2] *Marcioni*

Audivimus quod Henricus, Ravennas dictus archiepiscopus, nisus sit te[3] excommunicare quod, quia excommunicatus te excommunicare non potuit, apostolica auctoritate te tuosque absolventes, mandamus exinde non curare.
*CB Alexander II 85] IP 5.133 (24, q. 1, c. Audivimus.)*

---

1 Quod qui excommunicatus est alium excommunicare nequit *add. as rubr.* M
2 Willelmo CPSH; Willermo A; Guillelmo M
3 sit te CVBSAM; te sit P

## 58*

### [1]*Nicolaus papa Michaeli augusto*

Ait Celestinus papa episcopis orientalibus scribens, Si quis ab episcopo Nestorio aut ab aliis qui eum sequuntur, ex quo talia predicare ceperunt, vel excommunicatus vel exutus est seu antistitis seu clerici dignitate, hunc in nostra communione et durasse, et durare manifestum est, nec iudicamus eum esse[2] remotum, quia non poterat quemquam eius removere sententia, qui se iam prebuerat ipse removendum.
*Ctp 1.62.65] IP 5.134 (24, q. 1, c. Ait Celestinus.)*

---

1 De eadem re *add. as rubr.* M. A *precedes with:* Urbanus II Petro - Vallisumb. Scripsistis nobis - deposuimus *(CB Urban II 30d)*
2 eum esse RPVBSAM; esse eum C

## 59*

### [1]*Idem*[2] *ad clerum Constantinopolitanum*

Aperte, inquit, sedis nostre sanxit auctoritas nullum, sive episcopum sive[3] clericum, seu professione aliqua Christianum qui a Nestorio vel eius similibus, ex quo talia predicare ceperunt, vel loco suo vel communione deiecti sunt, vel eiectum vel excommunicatum videri. Sed hi omnes in nostra communione et fuerunt et huc usque perdurant, quia neminem deicere vel removere poterat, qui predicans talia titubabat. Intellexisti, imperator, ex supra memoratis non potuisse ut non dicamus prelatum suum[4] saltem quemlibet removere qui fuerant olim remoti, nec deicere quemquam iam ante prostrati.

*Ctp 1.62.66] IP 5.135 (24, q. 1, c. Aperte, inquit.)*

---

1 De eadem re *add. as rubr.* M. PA *run into previous canon, with insc. in black*
2 Idem CPSA; Item M
3 sive CBSAM; seu PV
4 *in mg.* P

## 60*

### [1]*Leo Rustico Narbonensi episcopo*

De communione privatis et ita defunctis, horum causa Dei iudicio servanda est, in cuius manu fuit, ut talium obitus non usque ad communionis remedium differretur. Nos autem quibus viventibus non communicavimus, mortuis communicare non possumus.
*(epistol. 29 cap.6) Ctp 1.43.12] IP 5.118 (24, q. 2, c. De communione.)*

---

1 Nos non debere communicare defunctis quibus in vita non communicavimus *add. as rubr.* M

## 61*

### [1]*Gelasius papa Fausto*[2] *magistro militie*

Mortuos suscitasse legimus Christum, in errore mortuos absolvisse non legimus. Et qui hoc certam faciendi solus habuit potestatem beato Petro apostolo principaliter mandat. Quecumque[3] ligaveris super terram[4] erunt ligata et in celo, et quecumque solveris super terram erunt soluta et in celis. Super terram, inquit, nam in alligatione[5] defunctum nusquam dixit absolvendum.
*(epist. 4) Ctp 1.46.2 med.] IP 5.119*

---

1 De eadem re *add. as rubr.* M
2 Fausto SVAM; Fauto CRPBL
3 Quec- CBSLAM; Quodc- PV
4 lig. super ter. CPSA; super ter. lig. M
5 allig- CPSA; hac allig- M; hac lig- *Fr*

## 62*

### [1]*Actio*[2] *1 quinte sinodi*

[3]Vane[4] profertur a quibusdam, qui dicunt non oportere[5] post mortem hereticos anathematizari, et sequi in hoc doctrinam sacrorum Patrum, qui non solum viventes hereticos condempnaverunt, sed et post mortem, utpote in sua[6] impietate mortuos, anathematizaverunt, sicut eos qui iniuste condempnati sunt revocaverunt post mortem, et in sacris diptichiis[7] scripserunt, quod factum est in Iohanne[8] et in Flaviano[9] religiose memorie episcopis Constantinopolitanis.
*IP 5.115; (21, q. 2, c. Sane profertur.)*

### *Augustinus ait*[10]

Si forte isti libri ita designant traditorem suum, sicut designavit Dominus Iudam,

legant in eis nominatim et expresse vel Cecilianum vel eius ordinatores eorumdem librorum fuisse traditores, et si non eos anathematizavero, ipse coniudicer[11] tradidisse. Item. Que modo recitata sunt a Gelasio[12] sancte memorie, conveniunt statui tenenti ab initio[13] in ecclesia, impium[14] dogma iam inculpatum et condempnatum, et eos qui tali dogmati obnoxii sunt anathematizari vult ecclesie traditio, licet mortui essent. Ideo et sancte memorie Augustinus dixit[15], Si modo convinceretur Cecilianus de his que inferuntur ei, etiam post mortem illum[16] anathematizo. Item[17]. Multi episcopi congregati, et quedam de diversis causis[18] ad ecclesiasticum statum pertinentibus disponentes, de episcopis statuerunt defunctis qui suas facultates hereticis relinquunt, ita[19] ut et post mortem anathemati subiciantur. Item[20]. Et si vera sunt que Ceciliano obiecta sunt, et nobis aliquando possent monstrari, ipsum mortuum anathematizaremus. Sunt autem etiam Augustini sancte memorie epistole dicentes quod si qui in vita sua non recte sapuerunt, licet non condempnati fuissent adhuc viventes, ut demonstrato peccato, isti etiam[21] post mortem anathemati subiciantur[22]. Item. Dicis licere mihi etiam de mortuis iudicare, quia iudicium non tantum de vivis, sed etiam de mortuis fieri potest. Item[23]. Rambulas[24] sancte memorie[25] episcopus factus Edessene civitatis, qui in sacerdotibus explenduit, Theodorum Mopsuenestum[26] etiam post mortem, in ecclesia anathematizavit. Item. Etiam Romanorum ecclesia ante paucos[27] annos Dioscorum[28], qui fuit papa ecclesie eiusdem[29], et post mortem anathematizavit, cum nec in fidem peccasset; et hoc sciunt omnes qui hic degunt Romani, et maxime qui in dignitatibus existunt, qui etiam eidem Dioscoro communicatores permanserunt usque ad eius mortem. Item. Etiam Origenem[30] si ad tempora Theophili sancte memorie, vel superius aliquis recurrerit, post mortem inveniet anathematizatum; quod etiam non[31] in isto fecit et nostra[32] sanctitas et Vigilius religiosissimus papa antiquioris Rome. Item. Sancta[33] sinodus dixit, Sufficiunt quidem que dicta et prolata sunt, ecclesiasticam traditionem demonstrare, quod oportet hereticos, et post mortem anathematizari.
*(lib. De unit. Eccles.) IP 5.116*

---

1 Quod licet hereticos etiam post mortem anathematizari *add. as rubr.* M
2 Actio CPSA; Ex actione M
3 (Hac de re multa sub finem Edicti Iustiniani imperatoris Ioanni pape II, transmissi: exstat ad calcem tom. I Concil.) *add.* M²
4 Vane CPSA; Mane B; Sane M
5 non op. RPVBSA; op. non C; op. M
6 sua CVBSAM; suam P
7 *in Greek* M
8 (Theodo, eccles. Histo. lib. 5, ca. 34 et 35) *add.* M²
9 (in concilio Chalcedon.) *add.* M²
10 Aug. ait PVBS; Actio V. Aug. ait A; Item. Aug. ait M; *om.* C
11 coniudicer CPSA; cum eis iudicer M
12 a Gelasio CPS(*followed by lacuna*)M; Augustinus A
13 [Aug. sancte memorie consuluit et statuit teneri ab initio, etc. Sic Gratia.] *add.* M²
14 enim *add.* A, *om.* CPSM
15 dixit CPSA; dicit M
16 illum CPAM; eum S
17 (conc. Aphri. c. 48) *add.* M². L *omits all cap. to here*
18 causis CPSAM; *om. Fr*

19 ita CPSA; *om.* M
20 (August. epist. 50 ad Bonifacium) *add.* M²
21 isti et CPA; ita ut et S; isti etiam M
22 Sunt autem etiam - subic. *before* Item. Et si vera A, *as here* CPM; *om.* S
23 (Refert Liberatus Breviarii sui cap. 10, ex episto. Ibe ad Marim. Persam, cuius fragmentum exstat actione 10 Chalce. conc.) *add.* M²
24 Rambulas CPSA; Rabulas M
25 *corr. fr.* Marie A
26 Mopsuenestum PVA; Mopsvenustum C; inopsvenestum RS; Mopsuestenum M
27 [quatuor] *add.* M²
28 (Locus ut apparet depravatus vel mutlius, forte: Quod excommunicationem dictasset in Leonem, qui fuit, etc.) *add.* M²
29 eccl. eiusdem CPSM; eiusdem eccl. A
30 (Socrates, Histo. eccles. li. 6, ca. 10 et li. 7, cap. 45; Zozomenus li. 8, c. 14; Nicephorus li. 17, c. 27 et 28; Liberatus in Breviario, cap. 23) *add.* M²
31 non CPSA; *om.* M
32 nostra CPS; vestra VAM
33 sancta CPSA; sacra M

## 63*

### [1]*Actio quarta*[2]

Sancta[3] sinodus dixit, Augustini religiose memorie, qui inter episcopos Africanos splenduit, diverse epistole recitate sunt, significantes quod oportet hereticos et post mortem anathematizari. Talem autem ecclesiasticam traditionem et alii Africani reverendissimi episcopi servaverunt, sed etiam[4] sancta Romana ecclesia quosdam episcopos et post mortem anathematizavit, licet pro fide in vita sua non essent accusati, et utrumque apud nos habita gesta significant.

*IP 5.117*

1 De eadem re *add. as rubr.* M
2 Act. quarta CPA; Item actio quarta C; Actione IIII eiusdem synodi M
3 sancta CPSA; sacra M
4 etiam CPS; et AM

## 64*

### [1]*Iohannes VIII Rostaino*[2] *archiepiscopo*

Aito[3] presentium lator dum in nostro servitio fideliter excubaret, quemdam virum feminam sibi desponsatam queritur rapuisse, et ideo fraternitas tua auctoritate nostra suffulta suffraganeos suos episcopos presentialiter convocet, sicque unanimi sententia, si sponsam huic raptor non reddiderit, tam idem quam rapta, si ad sponsum pristinum remeare noluerit, omni communione priventur[4].

*CB Johannes VIII 13; Ctp 1.63.2] (27, q. 2, c. Atho presentium.)*

1 Ut qui sponsam alterius rapuerit, et reddere noluerit, cum ipsa quam rapuit excommunicetur, si ad sponsum illa redire contempserit *add. as rubr.* M
2 -aino CPSA: -anio M
3 Aito CPVA; Atho SM

4 comm. priv. CPAM; priv. com. S

**65***

*[1]Iohannes VIII, in concilio apud Ravennam, cap. 12[2]*

Cure sit omnibus episcopis, excommunicatorum omnino nomina tam vicinis episcopis quam suis parochianis pariter indicare, eaque in celebri loco posita pre foribus ecclesie cunctis venientibus inculcare, quatenus in utraque diligentia excommunicatis ubique ecclesiasticus aditus excludatur, et excusationis causa omnibus auferatur.

*cf BD 11.49; CB Varia II 124] Ctp 3.27.21 (11, q. 3, c. Cure sit omnibus.)*

1 Ut notentur excommunicatorum nomina *add. as rubr.* M
2 cap. 12 CPAM; *om.* S

**66***

*[1]Iohannes VIII Petro episcopo*

Si Deodatus et Gregorius statuto iam tempore ad nos venire, et omnia iuste atque canonice emendare contempserint, gravioribus eos perpetui anathematis vinculis innodabimus, eorumque scelera et excommunicationes et anathemata scribentes, ante sanctissimam beati Petri apostoli imaginem suspendemus, ut omnibus de toto mundo ad limma apostolica venientibus illorum sit nota iniquitas, et consortio sacre ecclesie videantur extranei.

*CB Iohannes VIII 12]*

1 De eodem *add. as rubr.* M

**67***

*[1]Eliberritanum concilium[2], cap.[3] 28*

Episcopum placuit, ab eo qui non communicat, munera non accipere[4].

1 Excommunicati munera non suscipienda *add. as rubr.* M
2 El. conc. CPSA; Ex Eliberi. co. M
3 cap. CPSM; concil’ A
4 debere *add.* M

**68***

*[1]Urbanus Guimundo episcopo Aversano[2]*

Sane quod super Richardo Burrelli filio vestra fraternitas egisse innotuit pro zelo Dei et animarum charitate, laudamus, sed non adeo timendum, non adeo vobis ab eius elemosinis abstinendum. Inter ceteros quippe nostre fidei Patres, beatus Leo doctor egregius[3], Quibus, inquit, vivis non communicavimus, nec mortuis communicare debemus. Constat ergo, quoniam quibus vivis (ut ex opposito loquamur) communicavimus, mortuis quoque communicare possumus. Nos plane inter duo

oppugnantia positi, impiis quidem et schismaticis communicare nullo modo possumus, istis autem, licet peccatoribus et predonibus, dispensative pro tempore communicamus[4], quia et hactenus ecclesiam sustentaverunt et se fideliores in posterum pollicentur, alioquin oportet nos de his[5] mundi partibus exire. Sub qua etiam sponsione nos eis nuper in beati Petri natalitiis absolutionem indulsimus. Quia ergo predictus vir neque nominative excommunicatus, neque communicans[6] excommunicatis ex nomine obiit, sed in domini sui fide atque servitio, licet nobis eius, dispensative, id est quandiu eos nos patimur, elemosinis communicare, et defuncti animam Christiane religionis moribus adiuvare.

*CB Urban II 16] IP 5.123 (24, q. 2, c. Sane quod.)*

---

1 Eleemosynam eius qui excommunicatus fuit, si resipuerit, accipiendam *add. as rubr.* M
2 ep. Avers. CPSH; ep. Aperbano A; Aversano episcopo. M
3 (epist. 92, c. 6) *add.* M²
4 [Gratia. habet, propterea communicamus] *add.* M²
5 his CPSHA; huius M
6 *corr. to* excomm- P

## 69*

### *[1]Carthagin. concil.[2] VII, cap. 1*

Definimus eum[3] rite ad accusationem non admitti, qui postea quam excommunicatus fuerit, in ipsa adhuc excommunicatione constitutus, sive sit clericus sive laicus, accusare voluerit.

*Ctp 2.21.1b] 1P 4.72 (4, q. 1, c. Definimus.)*

---

1 Excommunicato non licere quempiam accusare *add. as rubr.* M
2 Carthag. conc. CPSA; Ex Cartag. conc. M
3 eum CPSM; cum A

## 70*

### *[1]Nicolaus Michaeli imperatori*

Quod hi qui a fratre[2] Ignatio depositi et excommunicati fuerant nullam adversus eum intorquere dampnationem[3] potuerint, ex secunda universali sinodo declaratur, cum dicitur, si ecclesiasticum fuerit crimen quod episcopo illatum fuerit, tunc probari oportet accusantium personas, ut primo quidem hereticis non liceat accusationes contra orthodoxos episcopos pro ecclesiasticis negotiis facere[4]. Sed ne hos hereticos esse denegetis, audite sequentia, Hereticos, inquiunt, esse dicimus tam eos qui olim ab ecclesia proiecti sunt quam qui post hec a nobis anathematizati sunt. Porro si adhuc nec sic creditis, quod subditur audite, Preter hos autem aiunt, et eos qui fidem quidem sanam simulant confiteri, schismaticos etiam et eos qui seorsum a communicantibus nobis episcopis collectas faciunt. Deinde vero et si quidam ab ecclesia super causis quibusdam fuerint reprehensi, et proiecti aut excommunicati, sive ex clero sive ex laicali ordine, nec his licere accusare episcopum, antequam proprio crimine primitus exuantur. Similiter autem et eos qui sub accusatione prioris[5] existunt, non ante esse acceptabiles in episcopi

accusationem aut aliorum clericorum, quam innoxios semetipsos illatorum sibi ostenderint criminum.
*CB Varia II 115b] IP 4.73 (4, q. 1, c. Quod autem hi.)*

---

1 De eadem re *add. as rubr.* M
2 qui a fratre CPM; quia sunt S; qui *and lacuna* A
3 [sententiam damnationis] *add.* M²
4 (Conci. Constantinop. I, ca. 6, ut idem aliquanto superius admonet, apud nos non reperitur) *add.* M²
5 -oris CPSA; -ori M

**71***

*[1]Ex Regula sancti Benedicti, cap. 67*

Ordinamus atque constituimus ut nulli liceat quemquam fratrum suorum excommunicare aut cedere, nisi cui potestas ab abbate data fuerit. Peccantes autem coram omnibus arguantur, ut et ceteri metum habeant.
*(cap. 70)*

---

1 Quod non liceat cuiquam alium excommunicare, nisi cui potestas fuerit concessa *add. as rubr.* M

**72***

*[1]Calixtus episcopis Gallie*

Nemo alterius terminos usurpet, nec alterius parochianum iudicare aut excommunicare presumat, quia talis diiudicatio, aut excommunicatio, vel dampnatio, nec rata erit, nec vires ullas habebit, quoniam nullus alterius iudicis nisi sui sententia tenebitur aut dampnabitur. Item. Nullus primas vel metropolitanus diecesani ecclesiam, vel parochianum, aut aliquem de eius parochia presumat excommunicare vel iudicare vel aliquid agere, absque[2] consilio vel iudicio.
*(epist. 2) Ctp 1.14.4a, 5a] (9, q. 2, c. Nullus alterius.) (9, q. 3, c. Nullus primas.)*

---

1 Ut nullus alterius subiectum excommunicare, nec metropolitanus aliquid in paroecia suffraganei agere presumat *add. as rubr.* M
2 absque CPM; sine S; absque eius A

**73***

*[1]Regula sancti Benedicti, cap. 23*

Secundum modum culpe et[2] excommunicationis debet vel discipline[3] extendi mensura; qui culparum modus ex abbatis pendet iudicio[4]. Si quis tamen frater in culpis levioribus culpabilis invenitur, a mense participatione privetur. Privati autem a mense consortio, ista erit ratio, ut in oratorio psalmum aut antiphonam non imponat, nec lectionem recitet, usque ad satisfactionem. Refectionem autem cibi post fratrum refectionem solus percipiat, ut si fratres, verbi gratia, reficiunt sexta hora, ille fratrer nona; si fratres nona, ille vespera, usque dum satisfactione congrua veniam consequatur.
*(cap. 24)*

[5]*Cap. 43*

Qui pro gravi culpa ab oratorio et a mensa excommunicatur, hora qua opus Dei in oratorio celebratur, ante fores oratorii prostratus iaceat, nihil dicens, nisi tantum posito in terra capite prostratus pronus, omnium de oratorio exeuntium pedibus[6] conculcetur, et hoc tam diu faciat, usque dum abbas iudicaverit satisfactum esse. Qui dum iussus ante abbatem venerit, provolvat se pedibus ipsius abbatis, deinde omnium vestigiis fratrum, ut orent pro eo. Et tunc, si iusserit abbas, recipiatur in choro, vel quo abbas decreverit ordinet ita plane, ut psalmum vel lectionem, vel aliud quid non presumat in oratorio imponere, nisi iterum abbas iusserit. Et omnibus horis dum completur opus Dei, proiiciat se in terra in loco in quo stat, et sic satisfaciat usque dum iubeat abbas ut quiescat iam ab hac satisfactione. Qui vero pro levibus culpis excommunicantur tantum a mensa, in oratorio satisfaciant, et usque ad iussionem abbatis hoc faciant, usque dum benedicat eis, et dicat, Sufficit.
*(cap. 44)*

---

1 Ut pro qualitate peccati penitentia imponatur *as rubr.* Ex *add.* M
2 et CPB; aut S; *om.* M
3 debet vel disc. CP; deb. disc. RBS; vel disc. deb. VM
4 [in abbatis pendeat arbitrio] *add.* M²
5 Ibidem *add.* M. L *lacks all from here to end of cap.*
6 [sed posito in terram capite pronus sternatur omnium de oratorio exeuntium pedibus; sic hodie codices excusi] *add.* M²

**74**

*De sede episcoporum, cur in ecclesia altius ceteris sedere debeant. Ex epistola Urbani pape*

Quod autem sedes episcoporum non nisi in ecclesiis excelse constitute, et preparate inveniuntur in throno[1], speculationem et potestatem iudicandi, et solvendi atque ligandi a Domino sibi datam maxime docent. Unde ipse Salvator in Evangelio ait, Quecumque ligaveritis super terram, erunt ligata et in celo, et alibi, Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis retenta sunt. Ideo ista pretulimus, charissimi, ut intelligatis potestatem episcoporum vestrorum, in eisque Deum veneremini, et eos ut animas vestras diligatis, et quibus illi non commmunicant non communicetis, et quos eiecerint non recipiatis. Valde enim timenda est sententia episcopi licet iniuste liget, quod tamen summopere previdere debet.
*(Epist. Urbani I ad omnes episco. De communi vita fidelium, c. 4). BD 11.1]*

---

1 [al. ut thronus] *add. Fr*

**75**

*Episcopus cum excommunicare vel anathematizare aliquem pro certis et manifestis sceleribus dispositum habet, post lectionem evangelii clerum et plebem ita debet alloqui[1]. Ex concilio Rothomagensi, cap. 3*

Noverit charitas vestra, fratres mei, quod quidam vir nomine ille[2], diabolo suadente[3], postponens Christianam promissionem[4] quam in baptismo professus est, per

apostasiam conversus post Satanam cui abrenuntiavit et omnibus operibus eius, vineam Christi, id est ecclesiam eius, devastare et depredari non pertimescit, pauperes Christi quos pretioso sanguine suo redemit, violenter opprimens et interficiens, et bona eorum diripiens. Unde quia filius huius nostre ecclesie, cui, Deo auctore, presidemus, debuerat esse, quia in ea per aquam et Spiritum sanctum renatus est, et inter adoptivos filios Dei adnumeratus, quamvis modo filius diaboli sit[5] imitando diabolum, solliciti ne per negligentiam pastoralem aliqua de ovibus nobis creditis deperiret, pro qua in tremendo iudicio ante principem pastorum Dominum nostrum Iesum Christum rationem reddere compelleremur, iuxta quod ipse terribiliter nobis comminatur, dicens, Si non annuntiaveris iniquo iniquitatem suam, sanguinem eius de manu tua requiram, misimus ad eum[6] presbiterum nostrum et litteras commonitorias semel, et iterum, atque tertio, invitantes eum canonice ad emendationem, et satisfactionem et penitentiam, corripientes eum paterno affectu. Sed ipse proh dolor, diabolo cor eius indurante, monita salutaria[7] sprevit[8], et in incepta malitia perseverans, ecclesie Dei, quam lesit superbie spiritu inflatus, satisfacere dedignatur. De talibus itaque transgressoribus, et sancte religionis pacisque quam Christus suis discipulis dedit atque reliquit, violatoribus, precepta Dominica et apostolica habemus, quibus informamur quid de huiuscemodi[9] prevaricatoribus agere nos oporteat. Ait enim Dominus in Evangelio, Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum. Fratres in unumquemque, nostrum peccat, qui in sanctam ecclesiam peccat. Si enim sancta ecclesia unum corpus est[10], cuius corporis[11] caput Christus est, singuli autem sumus alter alterius membra, et si[12] patitur unum membrum compatiuntur omnia membra, procul dubio in nos peccat qui membra nostra ledit. Iubet ergo Dominus ut frater, id est Christianus, in nos[13] peccans, primo secrete corripiatur, deinde cum[14] testibus redarguatur, novissime in conventu ecclesie publice conveniatur[15]. Quod si has tres commonitiones et pias correptiones contempnit, et satisfacere despicit, post hec sit tibi, inquit, sicut ethnicus et publicanus, id est gentilis atque paganus, ut iam non pro Christiano, sed pro pagano habeatur. Et in alio loco, membrum quod a sua compage resolvitur et a iunctura[16] caritatis dissociatur, et omne corpus scandalizat, Dominus et abscidi et proici iubet, dicens, Si oculus, manus, vel pes tuus scandalizat te, erue eum et proice[17] abs te. Et Apostolus, Auferte, inquit, malum a[18] vobis. Et item, Si quis frater nominatur, et est fornicator, aut adulter, aut homicida, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere licet. Et Iohannes dilectus pre ceteris Christi discipulis talem nefarium hominem salutare prohibebat, dicens, Nec ei Ave dixeris, nec eum in domum receperis; qui enim ei Ave dicit, communicat operibus eius malignis. Dominica itaque atque apostolica precepta adimplentes, membrum putridum et insanabile quod medicinam non recipit, ferro excommunicationis a corpore ecclesie abscidamus, ne tam pestifero morbo reliqua membra corporis veluti[19] veneno inficiantur.
*BD 11.2] IP 5.91 has catena from here*

---

1 cum exc. - alloqui CPS; excommunicaturus aliquem qualiter alloqui debeat clerum et plebem M
2 ille CPS; N. M
3 [instigante] *add.* M²
4 [professionem] *add.* M²
5 diab. sit PVS; Dei non (*ss* C) sit CR; Dei non sit [diaboli sit] M
6 mis. ad eum *in mg.* S

7 sal- CVBSM; sol- P
8 [spernit] *add.* M
9 huiuscemodi RPVBSM; huius modi C
10 cuius corporis est *add. and canc.* P
11 et *add. and canc.* P
12 cum *add.* M, *om.* CPS
13 in nos *ss* P
14 *ss* C
15 [corripiatur] *add.* M[2]
16 *corr. fr.* iuc- P
17 eum *add.* PS, *om.* CRBM
18 a CPS; ex M
19 veluti CPS; velut M

**76**

*Prima excommunicatio. Ex eodem cap.*[1]

Igitur quia monita nostra et crebras exhortationes contempsit, quia tertio secundum Dominicum preceptum vocatus, ad emendationem et penitentiam venire despexit, quia culpam suam necdum cognovit, nec confessus est, nec missa nobis legatione, qui causam eius exquirimus, quia parochianus noster est, veniam postulavit, quia in cepta malitia, diabolo cor eius indurante, perseverat, et iuxta quod Apostolus dicit, secundum duritiam suam et cor impenitens thesaurizat sibi iram in die ire; idcirco nos eum cum universis complicibus et communicatoribus fautoribusque suis, iudicio Dei omnipotentis Patris, et Filii, et Spiritus sancti, et beati Petri principis apostolorum et omnium sanctorum, nec non et nostre mediocritatis auctoritate, et potestate nobis divinitus collata ligandi et solvendi in celo et in terra, a pretiosi corporis et sanguinis perceptione, et societate omnium Christianorum separamus, et a liminibus sancte matris ecclesie in celo et in terra excludimus, et excommunicatum et anathematizatum decernimus, et dampnatum cum diabolo et angelis eius et omnibus reprobis in igne eterno iudicamus, nisi forte a diaboli laqueis resipiscat, et ad emendationem et penitentiam redeat, et ecclesie Dei quam lesit satisfaciat. Et respondeant omnes tertio, Amen, aut, Fiat, fiat, aut, Anathema sit. Debent enim duodecim sacerdotes episcopum circumstare, et lucernas ardentes in manibus tenere, quas in conclusione anathematis vel excommunicationis proiicere debent in terram, et conculcare pedibus. Post hec episcopus plebi ipsam excommunicationem communibus verbis debet explanare, ut omnes intelligant quam terribiliter dampnatus sit, et ut noverint quod ab illa hora in reliquum non pro Christiano, sed pro pagano habendus sit, et qui illi quasi Christiano communicaverit aut cum eo manducaverit, aut biberit, aut eum osculatus fuerit, vel cum eo colloquium familiare habuerit, nisi forte ad satisfactionem et penitentiam eum provocare studuerit, aut in domo sua eum receperit, aut simul oraverit cum eo, procul dubio similiter sit excommunicatus. Deinde epistole presbiteris per parochias mittantur, continentes modum excommunicationis. In quibus iubeatur, ut Dominicis diebus post lectionem Evangelii, plebibus sibi commissis publice annuntient ipsam excommunicationem, ut ne quis per ignorantiam communicet excommunicato. Oportet etiam ut aliis episcopis ipsa excommunicatio manifestetur. Precepit enim Toletanum concilium[2] ut invicem mox scripta percurrant per omnes provincie episcopos

quoscumque adire potuerint, ut excommunicatus audiatur. Seniori etiam eius ipsa excommunicatio debet nota fieri.
*BD 11.3]*

---

1 4 *add.* M
2 (Toleta. conc. I cap. xi) *add.* M²

**77**

*Item[1] excommunicationis allocutio. Ex concilio Aureliano, cap. 1*

Audistis, dilectissimi, quanta et quam horrida pravitatis et iniquitatis opera ille[2] a diabolo instigatus perpetrare non timuerit, et quomodo per apostasiam a totius Christiane religionis cultu profana mente recesserit. Audistis quemadmodum canonice ad satisfactionem evocatus sit, sed venire distulerit; quomodo frequenter admonitus ut resipisceret a diaboli laqueis quibus tenetur astrictus[3], saluberrimas admonitiones obduratis[4] auribus cordis audire contempserit. Dominus dicit in Evangelio de tali contumaci fratre, qui ecclesiasticam renuit suscipere correptionem, Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicamus, id est, iam non est computandus inter Christianos, sed inter paganos. Hinc Paulus Domini et magistri doctrinam[5] sequens, Corinthios redarguit, quare cum criminosis et sceleratis communionem haberent, dicens, Vos estis inflati, et non magis luctum habuistis, ut tollatur vir de medio vestrum, id est, separetur a vestro consortio, qui tale scelus operatus est, et adiungit, Ego quidem absens corpore, presens autem spiritu, iam iudicavi ut presens eum qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Iesu Christi, congregatis vobis in unum et meo spiritu cum virtute Domini mei Iesu Christi tradere huiusmodi Satane in interitum carnis. Et post pauca, Scripsi vobis ne commisceamini fornicariis. Et statim infert, Si is qui frater nominatur (id est, Christianus) fornicator est aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere. Et alibi, Auferte malum ex vobis, et, Infidelis si discedit discedat. Una enim ovis morbida omnem gregem contaminat, et, Modicum fermentum totam massam corrumpit, et plerumque unum membrum putridum totum corpus inficit. Et ideo tam perniciosa pestis a corpore ecclesie radicitus evellatur.
*BD 11.4]*

---

1 Item CPS; *om.* M
2 ille CPS; N. M
3 [irretitus est] *add.* M²
4 [obturatis] *add.* M²
5 [vestigia] *add.* M

**78**

*Excommunicatio secunda. Ex eodem concilio*

Dominicis igitur atque apostolicis informati preceptis, iudicio Patris[1], et Filii[2] Domini nostri Iesu Christi, et Spiritus sancti, et auctoritate et potestate apostolis apostolorumque successoribus a Deo concessa, una vobiscum predictum pessimum virum[3] a liminibus[4] sancte matris ecclesie excludimus, et ab omni societate et communione Christiana separamus[5], separatumque esse in eternum decernimus, id est in

presenti seculo et in futuro. Nullus ei Christianus Ave dicat, aut eum osculari presumat. Nullus presbiter missam celebrare cum eo audeat[6], vel sacrosanctum corpus et sanguinem Domini tradere. Nemo ei iungatur in consortio, neque in aliquo negotio. Et si quis ei se sociaverit, et communicaverit eius operibus malignis, noverit se simili percussum anathemate; his exceptis, qui ob hanc causam ei iunguntur, ut eum revocent ab errore, et provocent ad satisfactionem. Nisi forte resipuerit, et, Dei gratia inspirante[7], ad penitentiam et remedium conversus fuerit, et digna emendatione ecclesie Dei quam lesit, humiliter[8] satisfecerit.
*BD 11.5] IP 5.92*

---

1 iud. Pat. CPM; Pat. iud. S
2 eius *add.* M, *om.* CPS
3 pess. vir. CPS; vir. pess. M
4 -inibus CPS; -itibus M
5 separamus CVBSM; speramus P
6 [eo presente celebrare audeat] *add.* M[2]
7 insp- CVBSM; sp- P
8 *in mg.* V

## 79

*Excommunicatio tertia. Ex concilio Turonico, cap. 2*

Canonica instituta et sanctorum Patrum exempla sequentes, ecclesiarum Dei violatores, videlicet raptores, depredatores, et homicidas, N. in nomine Patris, et Filii, et virtute Spiritus sancti, nec non auctoritate episcopis per Petrum principem apostolorum divinitus collata, a sancte matris ecclesie gremio segregamus, ac perpetue maledictionis anathemate condempnamus. Sintque maledicti in civitate, maledicti in agro, maledictum horreum eorum, et maledicte reliquie illorum, maledictus fructus ventris eorum, et fructus terre eorum. Maledicti sint ingredientes, et maledicti sint egredientes, sintque in domo maledicti, in agro profugi, veniantque super eos omnes ille maledictiones, quas Dominus per Moisen in populum[1] divine legis prevaricatorem se esse missurum intentavit, sintque anathema, maranatha, id est pereant in secundo adventu Domini. Nullus eis Christianus Ave dicat, nullus presbiter missam cum eis celebrare presumat, vel sanctam communionem dare. Sepultura asini sepeliantur, et in sterquilinium sint super faciem terre. Et sicut he lucerne de manibus nostris proiecte hodie exstinguuntur, sic eorum lucerna in eternum exstinguatur[2], nisi forte resipuerint et ecclesie Dei, quam leserunt, per emendationem et condignam penitentiam satisfecerint.
*BD 11.6]*

---

1 veniantque super – populum *ss* L
2 sic eorum lucerna – exst. *om.* H, *with* ...ngatur eorum lucerna *part ploughed in mg.*

## **79A** (S)

*Ne episcopi precipites sint aliquem excommunicare. Ex epistola Evaristi pape, cap. 2*

Deus omnipotens ut nos a precipitantis prolatione sententie compesceret, cui omnia nuda et aperta sint oculis eius, mala tamen Sodome noluit audita iudicare priusquam manifesta agnosceret que dicebantur. Unde ait, Descendam et videbo utrum

clamorem qui venit ad me opere compleverint an non est ita ut sciam. Cuius exemplo monemur ne ad proferendam sententiam unquam precipites simus, aut temere indiligenterque indiscussa quoquomodo iudicemus.
*BD 11.9] cf 6.312A*

## 80

*De eadem re[1]. Ex concilio Meldensi, cap. 3*

Ut nemo episcoporum quemlibet sine certa et manifesta peccati causa communione privet ecclesiastica. Sub anathemate autem sine conscientia archiepiscopi aut coepiscoporum[2] nullus[3] ponat, nisi unde canonica docet auctoritas, quia anathema eterna est mortis dampnatio, et non nisi pro mortali debet interponi crimine, et illi qui aliter non poterit corrigi.
*(cap. 56). BD 11.10] IP 5.93 (11, q. 3, c. Nemo episcoporum.)*

1 re CVBSM; *om.* P
2 episcopus *add.* PVBS, *om.* CRHLM
3 -us CPVM; nullum BS

## 81

*De eadem re. Ex concilio Agathensi, cap. 4*

Episcopi vero qui sacerdotali moderatione posthabita[1], innocentes, aut in minimis causis culpabiles excommunicare presumpserint, et ad gratiam festinantes recipere fortasse noluerint, a vicinis episcopis cuiuslibet provincie litteris moneantur, et si parcere[2] noluerint, a communione confratrum usque ad proximam sinodum suspendantur, et ibi rationem pro facto dent, ne fortasse in excommunicatores peccatum excommunicati[3] longo tempore morte preveniatur.
*(cap. 3). BD 11.11; Ctp 2.28.2]*

1 moder. posthabita PVBS *BD*; moderamine posthabito CRM
2 [parere] *add.* $M^2$
3 [per excommunicatoris peccatum, sic codex concil.] *add.* $M^2$

## 82[1]

*Ut nullus[2] graviter ferat cuius[3] parochianus ab alio episcopo pro certa culpa excommunicatus fuerit. Ex concilio apud Compendium, cap. 5*

Placuit etiam pro communi utilitate ut[4] et instanti necessitate, ut nullus episcoporum graviter ferat, si eius parochianum, pro depredationis causa, alter episcopus excommunicaverit.
*BD 11.12] IP 5.89A (6, q. 3, c. Placuit.)*

1 *cap. added at foot of leaf* $V^2$
2 episcoporum *add.* M
3 cuius CPVS; si eius M
4 ut CPS; *om.* VM

**83**

*De illis qui in parochia consistentes aliquid contra Deum fecerint, quotiens ab episcopo ad emendationem vocari debeant. Ex concilio Meldensi, cap. 3*

Episcopus in cuius parochia aliquis consistens aliquid iniuste fecerit, semel et[1] bis atque tertio si necesse fuerit, vocabit illum sua admonitione per suum nuntium canonice ad emendationem sive compositionem, et ad penitentiam, ut Deo et ecclesie satisfaciat, quam[2] lesit. Si autem despexerit atque contempserit eius admonitionem et saluberrimam invitationem, feriat illum pastorali virga, hoc est sententia excommunicationis, ut a communione sancte ecclesie omniumque Christianorum sit separatus usque ad congruam satisfactionem, et dignam emendationem. Quam excommunicationem debet idem episcopus seniori illius notam facere, et omnibus suis[3] coepiscopis, et omnibus suis parochianis, ne eum recipiant, usque ad satisfactionem.

*BD 11.13] IP 5.90*

---

1 semel et VBS *BD* ; semel CRM; et semel et P
2 quam CVSM; qua P
3 et omn. suis RPVBM; *om. with mark of omission* C; et omn. S

**84**

*De eadem re. Ex eodem[1], cap. 6*

Episcopus qui eos quolibet munere vel favore aut negligentia monere, aut excommunicare distulerit[2], qui contra Deum et ecclesie pacem faciunt, ut aut revertentes suscipiat, aut contempnentes de ecclesia eiiciat, excommunicatus habeatur a collegio ceterorum, quousque vel emendationis vel dampnationis eorum ab eo sententia promulgetur.

*BD 11.14]*

---

1 concilio *add.* M
2 [noluerit] *add.* M[2]

**85**

*Quod aliud sit peccare in Deum, aliud in hominem. Ex dictis Augustini*

Attendendum est quod Dominus dicit, Si peccaverit in te frater tuus. Aliud est peccare in nos, aliud in Deum. Si in nos aliquis peccaverit, non est nostri arbitrii. Scriptum quippe est, Si peccaverit vir in virum, placari ei potest Deus, si autem in Deum peccaverit, quis orabit pro eo? Nos e contrario in Dei iniuria benigni et misericordes sumus, et Dei offensam (quasi in nostra potestate sit eius velle et eius nolle) impune absque congruenti penitentie vindicta donamus, cum tamen quod in nobis commissum est, nec saltem verbum contumeliosum leviterque prolatum[1], sine vindicta pertransire patimur. Dimittamus ergo propter Deum quod in nobis perpetratum est et quod commissum est Deo, quia dimittere non possumus, iuxta constitutiones sanctorum Patrum, secundum canonicam auctoritatem vindicemus.

*(Simile quid habet sermo de sanctis 47.) BD 11.15]*

1 *in mg.* P

**86**

*De eadem re. Ex concilio Meldensi, cap. 5*

Ut pervasores rerum ecclesiasticarum, qui easdem res contra auctoritatem non solum retinere, verum et crudeliter depopulari noscuntur (quidam enim facultates etiam ecclesie in diversa collaboratione et redditibus eas exspoliant, sed et pauperes et vicinos et circummanentes immisericorditer affligunt, devastant, et opprimunt) ut rapaces qui secundum Apostolum a regno Dei excluduntur, ex criminali et publico peccato publica penitentia multentur. Quod si hoc agere noluerint, proferatur contra eos apostolica terribilisque sententia qua dicitur, Si quis frater nominatur et est rapax, cum huiusmodi nec cibum quisquam sumere presumat, quia iniquum et sacrilegum est (ut Simmachus papa[1], et post eum beatus Gregorius[2] Sabino[3] subdiacono scribit) si quis quod venerabilibus locis relinquitur, prave voluntatis studiis suis compendiis tentaverit retinere, secundum instituta canonum, ab omni ecclesiastica communione ut sacrilegus debet arceri, donec studeat digna satisfactione quod admisit corrigere.

*(cap. 61). BD 11.16]*

1 (3 Rom. syno. sub Symmac. cap. 3) *add.* M²
2 (lib. 8 regist. epist. 6) *add.* M²
3 [Savino habet Grego.] *add.* M²

**87**

*Quod sanctum sanctorum sit quicquid Deo offeratur[1]. Ex decretis Bonifacii pape, cap. 5*

Nulli liceat ignorare, [2]omne quod Domino consecratur sive fuerit homo, sive animal, sive ager, vel quicquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum erit Domino[3], et ad ius pertinet sacerdotum; propter quod quia[4] inexcusabilis erit omnis qui[5] a Domino et ecclesia cui competunt, aufert, vastat, invadit, vel eripit usque ad emendationem ecclesieque satisfactionem, ut sacrilegus diiudicetur, et si emendare noluerit excommunicetur.[6]

*(Additur ad calcem decretorum Bonifa. 1) BD 11.17] IP 5.113 (12, q. 2, c. Nulli liceat.)*

1 offeratur CPS; offertur M
2 quod *add. Fr*, *om.* CPSM
3 erit Dom. CPS; Dom. erit M
4 quia CPSM; *om. Fr*
5 que *add. Fr*, *om.* CPSM
6 et si emend. – excomm. *ss* V

**88**

*De his qui Christi pecunias auferunt, vel rapiunt. Ex epistola Anacleti pape cunctis fidelibus missa[1]*

Qui abstulit, inquit, aliquid patri[2], homicide particeps est. Pater noster sine dubio

Deus est, qui nos creavit. Mater vero nostra ecclesia, que nos in baptismo spiritualiter regeneravit. Ergo qui Christi pecunias et ecclesie aufert, rapit aut fraudat, homicida est, atque ante Deum homicida deputatur. Qui enim res ecclesie abstulerit, sacrilegium facit, et ut sacrilegus iudicandus est.
*(epist. 1)(Idem habet et Lucius papa, episto. ad Gal. et Hispa. episc.) BD 11.18]*

---

1 cunctis - missa CPM; *om.* S
2 vel matri, et dicit hoc non esse peccatum *add. Fr*, vel matri *add.* P²VM, *om.* CPBSH

## 89

*De eadem re. Ex decretis Lucii pape, cap. 10*[1]

Rerum ecclesiasticarum et facultatum raptores, a liminibus sancte matris ecclesie anathematizantes apostolica auctoritate pellimus et dampnamus, atque sacrilegos esse iudicamus. Et non solum eos, sed etiam omnes consentientes eis, quia non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt, rei iudicantur. Augustinus dicit, Qui aliquid de ecclesia furatur aut rapit, Iude proditori comparatur.[2]
*(epist. ad Galliae et Hispa. episcopos, c. 6; et Anacl. ep. 1). BD 11.19] (17, q. 4, c. Omnes rapt.)*

---

1 cap. 10 CPLM; *om.* S
2 Aug. dicit – comp. *om.* H

## 90

*De eadem re. Ex concilio Gangrensi*[1]*, cap. 8*

Hic[2] qui dederit vel acceperit oblationes altaris, preter episcopum vel eius missum, et qui dat et qui accipit, anathema sit.
*Vers. D; BD 11.20]*

---

1 Gangr- CBSM; Grangr- PV
2 Sic B

## 91

*De eadem re. Ex concilio apud sanctum Medardum, cap. 1*

Si quis oblationes ecclesie extra ecclesiam rapere vel dare voluerit preter conscientiam episcopi, vel eius cui huiusmodi officia commissa sunt, anathema sit.
*(ex con. Gangren. cap. 7). BD 11.21]*

## 92

*De eadem re*[1]*. Ex decretis Iohannis pape, cap. 10*

Ut hi qui monasteria, et loca Deo sacrata, et ecclesias infringunt, et deposita et alia quelibet exinde abstrahunt, dampnum novies componant, et emunitatem tripliciter, et velut sacrilegi canonice sententie subigantur[2].
*BD 11.22] cf above 3.124; Ctp 3.27.20*

---

1 De ead. re CPS; Qui sacratis Deo locis vim inferunt, quomodo vindicentur M

2 [subiiciantur] *add.* M²

**93**

*De his qui domum Dei contemptibilem ducunt. Ex concilio Magontiensi, cap. 7*

Quisquis fastu superbie elatus domum Dei ducit contemptibilem[1], et possessiones Deo sacratas, atque ad honorem Dei sub regie emunitatis defensione constitutas, inhoneste tractaverit, vel infringere presumpserit, aut incendia vel vastationes ausu temerario perpetraverit, quasi invasor et violator ecclesie Dei, que est domus Dei vivi, a communione omnium fidelium abscindatur.
*BD 11.23]*

1 duc. cont. CPB; cont. duc. M

**94**

*De eadem re. Ex eodem, cap. 6*

Si quis cuiuscumque munuscula ecclesie sanctis scripturarum titulis collecta, nefaria calliditate abstulerit, fraudaverit, invaserit, retentaverit, atque subripuerit, et non statim a sacerdote commonitus Deo collata reddiderit, ab ecclesie catholice communione pellatur.
*BD 11.24]*

**95**

*Quod cum excommunicato orare non liceat. Ex dictis Isidori*

Cum excommunicato neque orare neque loqui, nisi ea que ad eamdem excommunicationem pertinent, neque vesci cuique[1] liceat.
*BD 11.31] (11, q. 3, c. Cum excommunicato.)*

1 cuique CPS; cuiquam M

**96**

*De eadem re. Unde supra*

Si quis frater aut palam, aut absconse cum excommunicato fuerit locutus, communem statim cum eo excommunicationis contrahet penam.
*(ex Reg. magist., c. 13). BD 11.32] (11, q. 3, c. Si quis frater.)*

**97**

*De eadem re. Ex dictis Fructuosi episcopi*

Cum excommunicato nullus loquatur, neque qualibet eum compassione vel miseratione refoveat, neque ad contradictionem vel superbiam confortare presumat.
*(cap. 14). BD 11.33; Ctp 2.50.10]*

**98**

*De eadem re. Ex concilio Antiocheno, cap. 2*

Cum excommunicatis non licet communicare, nec cum his qui per domos conveniunt devitantes orationes ecclesie, ubi simul orandum est. Si quilibet autem ex clero deprehensus fuerit cum excommunicatis communicare, etiam iste privetur communione.

*BD 11.34]*

**99**

*De eadem re[1]. Ex canone[2] apostolorum*

Si quis cum excommunicato saltem in domo simul oraverit, iste communione privetur.

*(cap. 11) BD 11.35]*

---

1 *rubr. after insc.* S, *not* CPM

2 -one CPS; -onibus M

**100**

*De eadem re. Ex concilio Niceno, cap. 5*

De his qui communione privantur, seu ex clero, seu ex laicali ordine ab episcopis, per unamquamque provinciam sententia regularis obtineatur, ut hi qui abiiciuntur, ab aliis non recipiantur. Requiratur autem ne pusillanimitate, aut contentione, vel alio quolibet vitio episcopi videatur a communione seclusus.

*BD 11.36]*

**101**

*De eadem re. Ex concilio Antiocheno, cap. 6*

Si quis a proprio episcopo communione privatus est, non ante suscipiatur ab aliis episcopis, quam suo reconcilietur episcopo.

*BD 11.37] (11, q. 3, c. Si quis.)*

**102**

*De eadem re. Ex decretis Calixti pape, cap. 4*

Excommunicatos quoque a sacerdotibus nullus recipiat ante utriusque partis examinationem iustam, nec cum eis in oratione, aut cibo vel potu, aut osculo communicet, nec Ave eis dicat, quia quicumque in his vel aliis prohibitis scienter excommunicatis communicaverit, iuxta apostolorum institutionem[1], et ipse simili excommunicationi subiaceat.

*(epist. 2, ad episco. Gallie). BD 11.38] IP 5.94 (11, q. 3, c. Excommunicatos.)*

---

1 (cap. 11, can. Apost.) *add.* M²

**103**

*De eadem re. Ex concilio Antiocheno*

Non autem liceat communicare incommunicatis[1], neque per domos ingredi, et cum eis orare qui ecclesie in oratione non participant, nec in alteram ecclesiam recipi, qui ab alia excommunicantur. Quod si visus fuerit quilibet episcoporum, vel presbiterorum, aut diaconorum, vel etiam qui in canone detinentur excommunicatis communicare, et hunc oportet communione privari tanquam ecclesie regulas confundentem.
*(cap. 2 et 85 cap. Graecarum synod. Marti. Braca. episc.) BD 11.39]*

---

1 incomm- CPS; excomm- M

**104**

*De eadem re. Ex decretis Fabiani pape episcopis Gallie missis*

Si quis sponte[1] communicaverit excommunicato[2] verbo, oratione, in cibo vel potu, 40 dies peniteat in pane, sale, et aqua[3]. Qui vero eis communicaverit in homicidiis vel flagitiis erit ire et vindicte Dei omnipotentis quem spernit, quia hec omnia divina ei voce interdicta sunt, et secundum Apostolum, obedire Deo oportet magis quam hominibus, et secundum quod deliquit, digne, iuxta decreta canonum, peniteat, et si penitere noluerit, excommunicetur.
*BD 11.40]*

---

1 [forte] *add.* M²
2 comm. exc. CPS; exc. comm. M
3 [in pana et aqua] *add.* M²

**105**

*De eadem re[1]. Ex concilio Meldensi, cap. 10*

De his qui pro delicto suo[2] a communione separantur, ita placuit, ut in quibuscumque locis fuerint exclusi, eodem loco consequantur communionem.
*BD 11.41]*

---

1 De eadem re CPS; Ut excommunicati ubi fuerint exclusi ibidem consequantur communionem M
2 delicto suo CPM; delictis suis S

**106**

*De eadem re[1]. Ex concilio Rothomagensi, cap. 3*

Sunt aliqui qui culpis exigentibus a proprio episcopo[2] excommunicantur, et ab aliis ecclesiasticis vel laicis presumptuose in communionem accipiuntur; quod omnino sanctum Nicenum concilium[3], simul et Chalcedonense nec non et Antiochenum[4], atque Sardicense[5] fieri prohibent.
*BD 11.42]*

---

1 De eadem re CPS; Ut a proprio episcopo vel presbytero excommunicati, alibi in communionem non recipiantur M

2 prop. ep. CRM; ep. prop. PVBS *BD*
3 (Nic. c. 5) *add.* M[2]
4 (Ant. c. 2) *add.* M[2]
5 (Sard. c. 16) *add.* M[2]

**107**

*De eadem re. Ex concilio Carthaginensi, cap. 9*

Augustinus episcopus legatus Numidie provincie dixit[1], Hoc statuere dignemini, ut si qui forte merito facinorum suorum ab ecclesia pulsi sunt, si ab episcopo aliquo vel presbitero fuerint in communionem suscepti, etiam ipse pari cum eis crimine teneatur obnoxius, refugientibus sui episcopi regulare iudicium. Ab universis dictum est, omnibus placet.

*(Conc. Carth. 2 cap. 7). BD 11.43] (11, q. 3, c. Qui merito)*

1 [Genedius episcopus dixit: sic in volumine conc.] *add.* M[2]

**108**

*De eadem re. Ex eodem[1], cap. 73*

Qui communicaverit, vel oraverit cum excommunicato, si laicus est, excommunicetur, si clericus, deponatur.

*(Con. Carth. 4 cap. 73; vide supra, c. 28) BD 11.44] (11, q. 3, c. Qui communicaverit.)*

1 concilio *add.* M, *om.* CPS

**109**

*De illis qui ex alia parochia sunt, et depredationes faciunt. Ex concilio Meldensi, cap. 2*

De illis autem[1] qui infra parochiam beneficium aut hereditatem habent, et alterius episcopi parochiani sunt et de loco ad locum iter faciunt, rapinas et depredationes peragunt, placuit ut excommunicentur, nec ante ex parochia exeant quam que perpetrarunt digne emendent. Quorum excommunicatio seniori eorum et proprio episcopo significanda est, ne eos recipiant, antequam illuc redeant ubi rapinam fecerunt, et omnia pleniter emendent.[2]

*BD 11.45]*

1 *om.* L
2 Quorum excommunicatio – emendent *om.* H

**110**

*De illis qui defendunt delinquentes. Ex dictis Basilii*

Qui consentit peccantibus, et defendit alium delinquentem, maledictus erit apud Deum et apud homines, et corripietur increpatione severissima. Hinc et quidam sanctissimus Pater ait, Si quis errori alterius consenserit, sciat se cum illo simili modo culpabilem iudicandum et excommunicandum.

*(ex Regula Orientalium). BD 11.46]*

**111**

*De illis qui intra annum causam suam tractare neglexerint. Ex decretis Gelasii pape, cap. 2*[1]

Quicumque igitur intra anni spatium civiliter sive publice causam suam coram suis excommunicatoribus non peregerint, ipsi sibi audientie clausisse aditum videantur[2]. Quod si obstinato animo sine communione defuncti fuerint, nos illius[3] causam, iuxta beati Leonis predecessoris nostri sententiam[4], divino iudicio reservantes, quibus vivis non communicavimus, mortuis communicare non possumus.

*BD 11.47] IP 5.136 (11, q. 3, c. Quicunque.)*

---

1 cap. 2 CPM; *om.* S
2 [iudicabuntur] *add.* M²
3 illius CPS; illorum M
4 (epistola 92, cap. 6) *add.* M²

**112**

*De eadem re. Ex decretis eiusdem, cap. 3*

Hi sane qui ante audientiam communicare tentaverint, donec per penitentiam reatum suum defleant, ad communionem nullo modo perducantur, excepto mortis interitu urgente. Qui vero excommunicato scienter communicaverit[1], et animo saltem in domo simul oraverit, atque latebras defensionis ne cominus[2] ad satisfactionem perducatur, prebuerit, donec ab excommunicatore penitentiam suscipiat, corporis et sanguinis Domini communione privatum se esse cognoscat, et delictum secundum canones peniteat.

*BD 11.48]*

---

1 [se iunxerit] *add.* M²
2 cominus CPS; quo minus [cominus *add.* M²] M

**113**

*Ut notentur excommunicatorum nomina, et in foribus ecclesie prefigantur. Ex decretis Honorii pape, cap. 11*

Cure sit omnibus episcopis, excommunicatorum omnino nomina tam vicinis episcopis quam suis parochianis pariter indicare, eaque in celebri loco posita pre foribus ecclesie cunctis convenientibus inculcare, quatenus in utraque diligentia et excommunicatis ubique ecclesiasticus aditus excludatur, et excusationis causa omnibus auferatur.

*(Alibi tribuitur Ioanni VIII in concil. Ravenna. ca. 12.) BD 11.49] (11, q. 3, c. Cure sit.)*

**114**

*De illis qui excommunicati moriuntur. Ex concilio Epaonensi, cap. 10*

Si episcopus ante dampnati absolutionem obitu rapiatur, correptum aut penitentem

successorem[1] licebit absolvere.
*(cap. 28). BD 11.50] Ctp 3.27.22; IP 5.121 (11, q. 3, c. Si episcopus.)*

*De eadem re. Ex eodem[2], c. 11*

Si aliquis[3] excommunicatus fuerit mortuus, qui iam sit confessus et testimonium habet bonum, et non poterat[4] venire ad sacerdotem, sed preoccupavit eum mors in domo, aut in via, faciant pro eo parentes eius oblationem ad altare, et dent redemptionem pro captivis.
*BD 11.51] Ctp 3.27.23; IP 5.120*

1 -orem CPS; -ori M
2 De ead. re ex eod. CPS; Et M
3 aliquis PVBS; quis CRLM
4 [poterit] *add.* M

**114A** (S)

*De eadem re. Ex epistola Iohannis pape, cap. 21*

Horum causa Dei iudicio reservandum est, in cuius manu fuit ut talium obitus usque ad communionis remedium non differetur. Nos autem quibus viventibus non communicavimus mortuis communicare non possumus.
*BD 11.52]*

**114B** (S)

*De furibus et furtis. Ex dictis Augustini*

Dixit Dominus ad Moisen, Accipiat unusquisque a proximo et proxima vasa argentea et aurea et vestes et cetera. Non hinc quisque exemplum sumendum putare debet ad expoliandum proximum. Hoc enim Deus iussit qui noverat quid quemque pati oporteret. Hec Israelite fecerunt, sed Deo iubenti ministerium prebuerunt quemadmodum cum minister occidit eum quem iudex iussit occidi
*BD 11.53, cf 13.2 above]*

**114C** (S)

*De eadem re. Ex dictis eiusdem*

Penale est occulte auferre, multo maioris pene est visibilem eripere. Auferre ergo nolenti sive occulte seu palam habet preceptum suum. Furti enim nomine pene intelligitur omnis illicita usurpatio rei aliene. Non enim rapinam permisit qui futum prohibuit, sed sub furti nomine rapinam intelligi voluit. A parte enim totum significavit quicquid auferatur.
*BD 11.54]*

## 115

*De illis qui colonorum flagella defendunt. Ex concilio Eliberitano, cap. 9*

Decrevit sancta sinodus, ut episcopi ac ministri episcoporum pro criminibus colonos flagellare cum virgis potestatem habeant, propter metum aliorum ut ipsi criminosi corrigantur, et vel inviti penitentiam agant, ne eternaliter pereant. Si vero seniores ipsorum colonorum indigne tulerint, et aliquam vindictam exinde exercere voluerint, aut eosdem colonos, nedistringantur defendere presumpserint, sciant se excommunicationis ecclesiastice sententia feriendos.

*(in fragm.).BD 11.67]*

## 116

*De episcopis qui apud Romanam sedem accusati fuerant, quod cum excommunicatis communicarent[1]. Ex concilio apud Altheum[2]*

Regno Conradi piissimi et Christianissimi regis quinto, congregata est sancta generalis sinodus apud Altheum, in pago Rethia, presente videlicet domini Iohannis pape apocrisiario, sancte Ostiensis ecclesie Petro venerabili episcopo, aliquo[3] modo diabolica semina in nostris partibus exorta exstirpare, et nefandissimas machinationes quorumdam perversorum hominum sedare, et eliminando purgare debere. Transacto igitur triduano ieiunio, et sacris litaniis more debito celebratis, convenimus in ecclesiam Sancti Iohannis Baptiste, et mesti consedimus. Tum demum pretatus S. Petri et domini Iohannis pape missus protulit chartam apostolicis litteris inscriptam, qua commovebamur, arguebamur, et instruebamur de omnibus ad veram religionem Christiane fidei pertinentibus. Que omnia (ut iustum et dignum erat) humiliter accepimus, diligenter tractavimus, et devoto affectu omnimodo amplectebamur. Ergo evangelicam preceptionem et institutionem saluberrimam lacrimabili voce protulimus, qua arguebantur Pharisei et Scribe, Mundate, inquit, prius que intus sunt. Et Item, Eice primum trabem de oculo tuo. Ac propheticum illud, Ruina populi sacerdotes mali, perpendentes et discutiendo nosmetipsos inspicientes, et in medium penitentie sancte digno fructu ad terram nos proiicientes, deflevimus negligentias innumerabiles, et peccata nostra gravissima. Deinde hortatu Domini Petri contra nosmetipsos et vitia irati, adiuvante primo sancto Spiritu et miserante, capitula infra notata ad correptionem tam nostram, quam Christiani populi statuendo[4] collegimus.

*BD 11.68]*

---

1 comm- CBSM; excomm- PV
2 [Altheim] *add.* M
3 [hoc quatenus aliquo, etc.] *add.* $M^2$
4 statuendo CPM; statuere S

## 117

*De episcopis qui sibi subiectos seducunt, communicantes cum excommunicatis[1]. Ex eodem conc. cap. 6, cui interfuit Conradus rex*

Scimus sacra auctoritate scriptum, qui excommunicato communicaverit, excommunicetur. In hoc nos fatemur episcopi, et presbiteri, et clerici penaliter peccasse, quod in posterum Deo auxiliante, et emendare et evitare cupimus et precipimus.

*BD 11.69]*

1 comm. cum excomm. CPS; excomm. communicantes M

**118**

*De eadem re. Ex eodem concilio, cap. 7*

Placuit sancte sinodo, hunc errorem quasi impium ab ecclesia amovere, quia animarum curam a Domino accepimus, non pecuniarum. Inde et reddituri sumus Domino rationem, et accepturi propter suam misericordiam eternam retributionem, vel iustam dampnationem.

*BD 11.70]*

**119**

*De episcopis, ut non sint malum exemplum populo. Ex eodem[1], cap. 8*

Bonum exemplum populis seipsos episcopi et sacerdotes debent prebere, et ostendere non solum dictis, verum et factis. Propter hoc enim statuimus, minime unquam in posterum contra sacra statuta aliquo modo communicemus excommunicatis, diiudicamus et nosmetipsos, quatenus in futuro non iudicemur a Domino. Sequi cupimus dicta et statuta sancti Gregorii pape, et penitentiam dignam agere volumus secrete in monasterio, quia publice nequivimus, in futuroque predicta omnibus modis, Deo propitio, vitare volumus. Eamdemque legem statuentes presbiteris, diaconibus et omni clero, si de gradu deponi noluerint, ut fideliter observent, et aliis servare predicent.

*BD 11.71]*

1 concil. *add.* M, *om.* CPS

**120**

*De correctione episcoporum qui cum excommunicatis communicaverint. Ex eodem concilio, cap. 9*

Auctoritate apostolica firmamus dicta et precepta sanctorum canonum, et interdicimus, quandiu quis excommunicatus sit, ut nullus nostrorum episcoporum ei audeat communicare, vel cum eo in ecclesia orare. Et laici qui secuti sunt nos, ut dicunt, errando et sequendo nos modo, nos autem nosmetipsos per penitentiam macerantes corrigendo, et viam eis vite predicantes et aperientes, ut resipiscant a diaboli laqueis, a quibus per nostra mala exempla capti tenentur, et ad veram matrem ecclesiam per penitentiam revertantur.

*BD 11.72]*

**121**

*De his qui contempnunt bannum ab episcopis impositum. Ex concilio Triburiensi, cap. 8, cui interfuit Arnulphus rex*

Nemo contempnat neque transgrediatur bannum ab episcopis superimpositum. Sciat et abhorreat, in epistola beati Clementis dictum contra se scriptum, Si vobis episcopis non obedierint omnes tam maioris quam inferioris ordinis, atque reliqui populi,

tribus et lingue, non solum infames, sed et extorres a regno Dei et consortio fidelium et a liminibus sancte Dei ecclesie alieni erunt. Et audiant ipsum Dominum in Evangelio dicentem, Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit. Quapropter nos evangelicam et apostolicam considerantes auctoritatem, non questum pecuniarum, sed lucrum querentes animarum, statuimus et confirmamus, ut si quis post hanc huius sancti concilii definitionem inventus fuerit corrupisse ab episcopis bannum impositum, 40 diebus castigatione corripiatur, tantum in pane[1] et aqua.
*(Epist. 3 de officio sacerdotis et clericorum) BD 11.73]*

1 sale *add.* M, *om.* CPSH

**122**

*De eo[1] pro quibus causis quemlibet hominem anathematis vinculo ligari oporteat. Ex eodem concilio, cap. 30, cui interfuit Arnulfus rex [2]*

Quesitum est[3] in eadem sinodo, pro quibus causis quemlibet hominem episcopali auctoritate vinculo anathematis ligari oporteat. Atque unanimi cunctorum sententia decretum est, pro his tribus criminibus fieri debere, cum ad sinodum canonice iussus venire contempnit, aut postquam illuc venerit sacerdotalibus respuit obedire preceptis, aut ante finitam cause sue examinationem a sinodo profugus abire presumit.
*BD 11.74] IP 5.112 (11, q. 3, c. Certum est.)*

1 De eo CPS; *om.* M
2 cui - Arn. rex CBS; cui - rex Arn. P; *om.* M
3 etiam *add.* S, *om.* CPBM

**123**

*De illis qui rapinam et furtum exercuerint. Ex eodem concilio, cap. 31, cui interfuit rex Arnulfus [1]*

Tranquillitatem sancte Dei ecclesie inquietari, et pacem fraternam infestari testantur fures et latrones, qui ambulant inter nos ovina pelle obumbrati, sed lupina mente recedunt alienati, seva mente res ecclesiarum adducti rapientes, et gregem Dominicum spoliando lacerantes. De quibus Salvator in Evangelio commemorat, Qui non intrat per ostium in ovile ovium, ille fur est et latro. Atque subiunxit, Fur non venit nisi ut furetur, et mactet, et perdat. Ubi quamvis hereticos qui fidem furantur ecclesie designet, tamen insecutione furum et latronum turbatam monstrat pacem ecclesiarum. De talibus Apostolus ad Philippenses, Videte canes, videte malos operarios. Canes vocavit qui non habent verecundiam, Malos operarios qui nulla faciunt que pietati conveniunt. Et Dominus per Isaiam prophetam, Ego Dominus diligens iudicium, et odio habens rapinam. Unde nos que Dominus diligit diligentes, et que odit odio habentes, statuimus et iudicamus, ut si quis post hec evangelica et apostolica, atque prophetica verba et definitionem pacatissime sinodi inventus fuerit, furtum aut rapinam exercere, et in ipso diabolico actu mortem meretur incurrere, nullus pro eo presumat orare, aut elemosinam dare, et elemosina pro eo data in memoriam clericorum nec pauperum veniat, sed exsecrabilis sordescat. Beatus Augustinus de talibus horribilem profert sententiam, dicens, Nemo te post mortem tuam fideliter redimit, quia tu te redimere noluisti. Si autem

ille fur vel latro vulneratus elabitur, et exspectatione mortis desperatus putatur, atque reconciliari se misteriis sacrosanctis habitu corporis et voluntate pie mentis deprecatur, Deoque et sacerdoti vita comite, emendationem et actum confitetur, communionis gratiam non negamus tribuendam.
*BD 11.75]*

1 cui - rex Arn. CPS; *om.* M

**124**

*De illis qui in patibulis suspenduntur. Ex concilio Magontiensi, cap. 5*

Quesitum ab aliquibus fratribus de his qui in patibulis suspenduntur pro suis sceleribus post confessionem Deo peractam, utrum cadavera illorum ad ecclesias deferenda sint, et oblationes pro eis offerende, et misse celebrande an non. Quibus respondemus, Si omnibus de peccatis suis puram confessionem agentibus, et digne penitentibus, communio in fine secundum canonicum iussum, danda est, cur canones interdicunt eis, qui pro peccatis suis penam extremam persolvunt, et confitentur vel confiteri desiderant? Scriptum est enim, Non iudicat Deus bis in idipsum.
*(c. 27, et cons. Vormat. sub Leone IV, c. 80.) BD 11.76] Ctp 3.27.24; IP 5.122 (13, q. 2, c. Quesitum.)*

**125**

*De episcopis, qui cum excommunicatis communicaverint. Ex concilio apud Erphesfurt, cap. 9, cui interfuit rex Henricus*[1]

Decrevit sancta sinodus cum consilio serenissimi principis[2], si deinceps aliquis episcopus sui ministerii oblitus, sciens cum excommunicato communicaverit, sive in salutatione, sive in oratione, sive in iniusta confortatione, sive in cibo, sive in potu, excommunicatus habeatur tam a principe, quam a ceteris omnibus, quousque in proxima sinodo audiatur, et Deo et ecclesie sue satisfacere cogatur.
*BD 11.77]*

1 *corr. fr.* Ernulphus P
2 cons. ser. princ. CPM; ser. princ. cons. S

**126**

*De clericis qui fugerint ecclesias suas, et de servis, qui dominos proprios fugerint. Ex concilio apud Altheum habito, cap 26*[1] *cui interfuit Conradus rex*

Sanctus Gregorius dicit, Clericum fugientem ab ecclesia sua, vel servum fugientem proprium dominum, et nolentem reverti, iudicamus communione privari, quousque ad propriam ecclesiam, vel ad dominum suum redeat. Et item, Clericum fugitivum suo episcopo decernimus apostolica sententia restitui, vel excommunicari, una cum illis qui ei communicaverint.
*BD 11.78]*

1 cap. 26 *after* rex M

**126A** (H)

*Aug' ex libro de catecizandis rudibus. Ut Christiani scolastici solecismos quorundam pie tolerent sacerdotum*

Sedulo monendi sunt scolastici ut humilitate induti, discant non contempnere – tamen benedictio dici.

*ID 6.383, Ctp 3.10.18*